



W  
K

Pab  
H IV

9a

# PROSPERI FARINACII, JURISCONSULTI ROMANI,

De Immunitate Ecclesiarum, & confu-  
gientibus ad eas,

AD INTERPRETATIONEM  
BULLÆ GREGORII XIV.

## APPENDIX

AD QVÆSTIONEM XXVIII.  
*In Titulo de Carceribus & Carceratis.*

INDICE DUPLICI, ARGUMENTORUM  
ET QUÆSTIONUM,  
Itemque Rerum, Verborum ac sententiarum  
accuratissimo, annexo.

*Boni publici gratiâ denud nunc diligenter recusa, & characterum  
diversitate distincta.*



NORIBERGÆ,  
Sumtibus WOLFGANGI MAURITII ENDTERI.  
ANN O MDCXCIII.

PROSPERI  
ARIA MAGI  
URSCONIEN  
ROMANA  
DE HISTORICO LIBERIS ET CIVICIS  
STATUETUR ET EXHIBUITUR  
ADINTEGRATIONE  
BREVITER EXEGENDA  
APPENDIX  
MAGISTERIO ALEXANDRI  
MELCHIORIS  
TOMVS I  
EX LIBRIS  
ALBRECHTI  
VON  
SCHWARTZ



ALBRECHTUS  
VON  
SCHWARTZ

ADMODUM REVERENDO, MAGNIFICO,  
ET NOBILISSIMO VIRO,

DN. JOANNI LUDOVICO  
AB HAGEN, SS. THEOLO-  
GIAE LICENTIATO,

SACR. CÆSAR. MAJEST. CONSILIARIO,  
ET IN RE LITERARIA COMMISSARIO  
GENERALI,

ECCLESIARUM S. BARTHOLOMÆI  
ET DIVI LEONHARDI APUD IMPERIALES

FRANCOFURTENSES, Itemq; MOCKSTATENSIS,  
respective Præposito, Decano, & Cano-  
nico venerando,

SACRI PALATII, AULÆQUE LATERANEN-  
SIS COMITI ILLUSTRI, NEC NON PROTONOTARIO  
*Apostolico dignissimo,*

Mecœnati & Patrono suo obſervando.

SALUTEM PLURIMAM CUM  
*Officiorum promptitudine.*

**D**N lucem Roma prodit anno præterito, admodum Reverende, Magnifice & Nobilissime Dn. Mecœnas, Prosperi Farinacii Jure-  
consulti Romani eminentissimi p. m. Tractatus de Immunitate Ecclesiarum, & confugientibus ad eas, ad interpretationem Bullæ GREGORII XIV. appendix nimurum ad Quæſtionem XXVIII. Praxis & Theoricæ Criminalis jam dicti P. Farinacii in Titulo de Carceribus & Carceratis: Cui Tractatu annexa etiam fuit ejusdem authoris Fragmentorum variarum Quæſtionum & communium opinionum Criminalium Pars Secunda. Adeo autem editio illa Romana incorrecta est, mendisque & erratis typographiis tam turpiter referta, ut nihil supra. Cum igitur Clarissimi viri Zachariae Palthenii I. V. Doctoris & quondam Bibliopolæ, fratri mei dilecti, p. m. Heredes, privilegiis tam Pontificali quam Cæſareo ad tanta molis rem fa-  
tis munitæ, duo illa supplementa Operum Criminalium præclari illius Jure-  
consulti, non minus quam gemellos postulos, Confiliorum nempe ſive Re-  
ſponditorum ejusdem Librum Tertium, itemque Additiones ad omnia ejus ha-  
)o( 2 ſtenua

### EPISTOLA DEDICATORIA.

Etens impressa Opera, elegantius & correctius, ut priora omnia, in Germania nostra sumptibus suis recudi jam curaturæ essent, rogarunt me, ut, quantum ejus inter reliqua mea quantulacunque negotia fieri possit, limam illis adhiberem, & textum ab allegatis distinguerem. Quod cum à me professione non omnino alienum fuerit, denegare eis nec volui, nec potui. Legi igitur, relegi, & amputatis superfluis, additisque quæ è contra omissa fuerant, demptis etiam passim mendis innumeris, quod à me petitum fuit, opera quantumvis tumultuaria, feci, ut, licet humani à me nihil alienum putem, ea in re tamen amplius nihil jure in me desiderari posse sperem. Penso autem illo nunc absoluto, cum novam hanc editionem Palthenianam, eamque politiorem, & limatiorem, sine novo patrono in publicum prodire nolim, ad Reverendæ & Nobiliss. T. Magnific. tutelam confugere mihi placuit, non solum eam ob causam, ut lucem aliquam ei à luce dignitatis tuæ, & radium aliquem famæ à gloriae tua splendore conciliarem, verum etiam, ut meam erga te observantiam isto quasi fidei pignore declararem: tum vero maxime, ut hunc tractatum tibi, qui locum in pluribus Ecclesiis sat' honorificum tenes, jure inscribi palam omnibus facerem. Hilari igitur fronte, Reverende, Magnifice, & Nobiliss. Dn. Moecenas, hanc dedicationem aspice: hilariori munusculum levidense accipe: & inde animi mei voluntatem æstima: meque in omne postterum tempus solito tuo favore, quo omnes literatos non sine liberalitate singulari proferquis, benigne & humaniter complectere: Inprimis autem Heredibus Palthenianis fac ut apud Sacratiss. Cæsar. Majestat. contra amulos, nec re, nec consilio defis, aut obsis, sed potius prosis & adsis. Interim Rev. & Nob. T. Magnific. optime in Christo Jesu unico Servatore nostro valeat. Dabam Francofurti IX. Calend. Septembr. ipso die, qui D. Bartholomæo Apostolo juxta stylum antiquum sacer est, Anno Salutis M. DC. XXI.

Reverend. & Nobiliss. T. Dom.

Studioſiss.

CRATO PALTHENIUS.

ILLU.



ILLUSTRISSIMO ET REVE-  
RENDISSIMO DOMINO  
**BENEDICTO JUSTI-**  
**NIANO S.R.E. EPISCOPO**  
CARDINALI PORTUENSI.

Andreas Brugriottus felic.

**V**IDEMUS quidem ( CARDINALIS AMPLISS. ) cum ceteris mun-  
di partibus in societatem cœlum coire ad rerum universtatem con-  
stituendam, sed non propterea ( si doctioribus Philosophis credimus )  
ex iijdem initio compadum est, quibus constant reliqua. est enim  
illi natura longe præstantior, qua nec affici ab inferioribus bisce ullo modo potest.  
Non absimili ratione Sacerdotes aliosq; mancipatos homines Dei atque Ecclesiæ  
ministerio, qui cœli nomine alicubi facis in literis appellantur, tametsi sejuni-  
ti à Republica non censentur, cum tamen divino quadam charactere sint insi-  
gniti, & nobilioribus illusfrés virtutibus quasi alio plasmate composti, immunes  
degere par erat à prestationibus quibusdam, aliisque muneribus, quibus reliqui  
Gives sunt obnoxii. qua etiam immunitate res ipse Deo additæ gaudent. Pri-  
vilegia hujusmodi neque desuerunt neque desunt qui labefactare conantur: haud  
enim soli gigantes vim colo inferre tentarunt. quapropter occasio se perop-  
portuna prebut viris doctissimis tam Theologis, quam Jurisconsultis, eadem  
propugnandi. in primis Proffpero Farinacio Pontifici juris aequæ ac civilis peri-  
stissimo, per cuius laudes spatiari jucundum sane mihi accideret, si aut ejus tibi  
in literis præstantia minus perfecta esset, aut suo ipse preconio non abunde clari-  
reret. Commentarium is scripsit de Immunitate Ecclesiastica, quem ego bono pu-  
blico in lucem edere cum statuerim, tibi Cardinalis Illuſtrissime nuncupatum nunc  
venio; tu enim unus mihi visus es, qui tuo veluti jure id à me exigere, sive  
rem ipsam, qua de agitur, spectem, sive eximiā, qua te merito prosequor, ob-  
servantiam. Ut enim Dei Opt. Max. iussu constituta est Immunitas Ecclesiastica,  
ita ejus tutio ad illos potissimum pertinet, qui principem locum in Ecclesia te-  
nent. Ego certe cum egregias tuas virtutes, pietatem in Deum, prudentiam, hu-  
manitatem, liberalitatem, egenos sublevandi studium cum ceteris, quibus ille in-  
notescunt, demiratus semper sum, tum in Ecclesiastica immunitate tuenda pre-  
cipuum

cipuum ac magna prorsus laude commendandum in te servorem deprehendisse me  
porfiteor; cum non semel tecum agere mihi contigisset multis de rebus, in quibus  
tuam expertus adeo sum humanitatem, ut me tibi devinctissimum sentiam.  
*Vides* quid me permoverit ad hoc tibi opus dicandum. Addidi & secundum Fra-  
gmentorum volumen ( hoc ille nomine insignivit trattationes quafdam, quas reli-  
quias suis operibus inferere commode nequivit ) quod non minore desiderio expe-  
tebatur. Atque hec non dubito quin perbenigne ( uti consuesti ) abs te excipiatur:  
nam de mea in te observantia quid attinet ulterius verba facere? Ego sane  
quemadmodum praelarisimas tuas virtutes in sacra ista purpura iisdem virtutib-  
us merito tributa summopere demiror: ita in te colendo nemini prorsus concedo,  
ac nulla de re impensis gloriari soleo, quam quod in tuam me clientelam penitus  
dederim.


EDITOR

## EDITOR AD LECTOREM

**P**rosperi Farinacii, famigerabilis illius Romani quondam JurisConsulti, Scriptorum praestantia non ita aut obscura est, ut teftimonium, aut dubia, ut laudationem desideret. Quam enim, in Juris cognitione, inque actione cum civili, tum criminali, frequens illorum fit usus, non modo Patronis, sed etiam Judicibus caufarum, adeoque inclitus quibusvis JureConsultis, ita jama innovuit, ut quisquis hunc autorem inter fidera Jurisprudentia reponere dubitaverit, Solis de Claritate ambigere videatur. Sanè quantum fuerit in oculis Rota Romana, quantoque illa profundam ejus ac solidam Juris Scientiam prosecuta sit astimio, nisi in confessio esset, vel ex uno hoc posse conjici, quod Clemens Octavus vocare eam solitus est *excellenteum farinam in facco nullius pretii*. Tenuiorumne pristina Viri fortunæ, an valitudinis, conditionem, an verò rigidam nimis Fisci administrationem, elegantia & peracutio hoc dipterio perstrinxerit Ponit, in medio relatum est: quamvis haud sit in incerto, Farinacum, cum Fisci ageret Romæ Administratorem, immoderato rigore plurimorum in se odia & querelas cumulasse, multarumque sibi ipsi rerum gratiam fecisse, quas in aliis gravissime redargueret, severissime punivit. Immotum stat nihilominus, ad caufarum vel maximè intricatarum, questionumque difficultimarum enodationem, doctissimas Ejus lucubrationes non parum conferre, atque farinam hanc dignam profus conservatione diutinam censerit, licet facetus ejusdem à veribus jamdudum sit concisus.

Hec utique ratio induxit Avum meum pè defunctum, ut ab heredibus Palthenianis hujus celebratissimi Themidos Antititus criminalium. Operum residua adhuc exemplaria cum omni jure, pretio non exiguo illis folto, in potestatem suam ac possessionem transferret. Quas eum impensis, minimè putandum est, fuisse facturum, si vel tenui conjecturâ posuisset divinare, hominem postea tam duri oris inventum iri, qui nullâ æquitatis & conscientiae habita curâ, falcam mitteret in nostram messem, & bibliopolii fas omne abrumpens, sub velamine additâuncula notarum magnifici cuiusdam Viri (hoc enim nomine culpam prætexit) præcipuum ferre Farinacii Tomum de Teltibus, reliqui licet connexum, ad prælum rapiendo, fructum avitorum sumtum Endterianis heredibus præpererat. Verum injuriam hanc postmodum fecutus ultor à tergo Deus, fatis, ni fallor, evidenti exemplo statuit documentum, ad fortunarum amplificationem, per lefionem alterius, gressu iri cancrino, cautissimeque abstinentem esse alieno, nisi, per maleditionem divinam, proprium velis amittere, ac plerunque itiusmodi lucra injulta justissimam tandem fortiri fortis universæ ruinam. Non tamen impedit detimenti hac passio Endterianos typos, à confucis erga rem publicam literariam officis; nec efficit, quo minus reliquos hujus autoris Tomos criminales iteratâ impulsione in gratiam boni publici ediderint, atque integratatem illis conservârint. Quandoquidem igitur Opera Criminalia hæc Farinacii, hereditario jure & fortitione, ad me devoluta sunt; jamque Appendix, sive Tractatus de Immunitate Ecclesiastarum, per pauca tantum exemplaria adhuc superfluit: novam quoque ejusdem Editionem meis sumbris parandam duxi. Nam si, splendidi cujusdam palacii dirutum aliquod conclave reædificare, decorum est: quanto magis non decorum modò five honestum, verum etiam necessarium fuerit, magnifice tot Operum prudentissimi hujus JurisConsulti struciture ruinam aliquam seu defectum prævertere, hac præferim favissima belli tempestate, qua non modo hominibus, sed Bibliothecis quoque permultis, perditioni & exitio est! Quamvis enim nunc Ecclesiis non tam honos, quam onus, & immanitas potius, quam immunitas, ab hoste acerrimo, præstetur; furorque militaris aras interdum in haras, & non minus sacras, quam profanas ades, imò integras urbes, in ignem atque cineres convertat: spes tamen alenda est, per misericordiam divinam nubila haec aliquando, fide & honesta Pacis irradiatione, serenatum iri. Quod ut brevi contingat, Tu mecum, amantissime Lector, Fidem Cœli compicare, & mea interim erga Te obsequia benevolentia tuâ complectere.


## INDEX


  
**INDEX**  
**ARGUMENTORUM,**  
**QUÆ IN HAC IMMUNITATIS**  
**ECCLESIASTICÆ APPENDICE**  
 continentur.

- CAP. I. **I**FFINNITIO. & Etymologia Immunitatis; & An, & quæ sit differen-  
tia inter Immunitatem, seu libertatem Ecclesiasticam.  
CAP. II. Confugiens ad Ecclesiam, regulariter gaudet illius immunitate.  
Ampliatur & limitatur hac regula pluribus modis.  
CAP. III. Debitor ex causa Civilis ad Ecclesiam confugiens, nunquid illius  
Immunitate gaudet?  
CAP. IV. Servus ad Ecclesiam confugiens, An, & quando gaudet Immuni-  
tate Ecclesiastica.  
CAP. V. **J**udas, aliusve infidelis, si ad Ecclesiam confugiatur, nunquid illius Immunitate  
gaudet?  
CAP. VI. Pro quibus criminibus confugiens ad Ecclesiam illius Immunitate gaudet.  
CAP. VII. Homicida ad Ecclesiam confugiens, nunquid illius immunitate gaudere debeat.  
CAP. VIII. Affinis non gaudet Immunitate Ecclesiæ, & quando ad hunc effectum quis di-  
catur Affinus.  
CAP. IX. Proditorius Homicida Immunitate Ecclesiæ non gaudet, & quando in proposito  
dicitur Homicidium Proditorium.  
CAP. X. Latro publicus Immunitate Ecclesiæ non gaudet, & quis dicatur Latro publicus.  
CAP. XI. Depopulator Agrorum non gaudet Immunitate Ecclesiæ, & quis dicatur Agro-  
rum depopulator.  
CAP. XII. Graffator Viarum Immunitate Ecclesiæ non gaudet, & quis in proposito dicatur  
Viarum Graffator.  
CAP. XIII. Hareticus non gaudet Immunitate Ecclesiæ, & quando hoc verum sit.  
CAP. XIV. Reus criminis lese maiestatis, An, & quando ad Ecclesiam confugiens, illius immu-  
nitate gaudet.  
CAP. XV. Fugiens fratre Carceri, an gaudet Immunitate Ecclesiæ.  
CAP. XVI. Delinquens in Ecclesia, an illius immunitate gaudet, & quando.  
CAP. XVII. Ad qua loca Ecclesiarum Immunitas, quoad effugientes ad eam, extendatur.  
CAP. XVIII. Confugiens non solum ad Ecclesiam, sed etiam circum circa per tringita, aut qua-  
dringinta passus, regulariter turus est, quando hoc verum sit, & de materia.  
CAP. XIX. Confugiens ad Ecclesiam nunquid possit indirecte, prece, sen dolo, ab Ecclesia ex-  
trahi, & an valeat renunciatio per eum huic immunitati facta.  
CAP. XX. De penitentia, quas incurrint extrahentes confugiens ad Ecclesiam proper delictum.  
CAP. XXI. Confugiens ad Ecclesiam, impunita dimitti non debet, sed puniri, & qua pena.  
CAP. XXII. Confugiens ad Ecclesiam in casibus exceptis, illius Immunitate non gaudet. Ad  
quem, quomodo, & quando species haec cognitio, & de materia.

Indicis Argumentorum finis.

PROSPE-



# PROSPERI FARINACII JC. ROMANI,

## DE IMMVNITATE ECCLESIARVM, ET confugientibus ad eas, APPENDIX.

### ARGUMENTUM.

Dissinitio, & Etymologia Immunitatis,  
& an, & quæ sit differentia inter im-  
munitatem seu libertatem Ecclesias-  
ticam.

### SUMMARIUM.

Immunitatis, seu Emunitatis dissinitio, num. 1.  
Immunitatis etymologia, num. 2.  
Immunitas Ecclesiastica, & libertas Ecclesiastica  
an sit unus, & idem, num. 3. 4. & 5.

### CAPUT I.

**N**on haec Ecclesiastica Immunitatis Appendice candide Lector motu-  
nitum velim, me id argumenti genus juxta Juris communis di-  
positionem, ac regulas a Docto-  
ribus traditis, pertractasse. Sed  
qua Constitutio a fel. rec. GREGORIO XIV.  
super hac re edita, claram certamque normam  
in hujusmodi tractatione praescribit, huc pro-  
fiteor me ne latum quidem unguem ab ea rece-  
dere possit, ita tuae partes erunt, omnes regu-  
las, ampliations, limitationes, ac cetera quæ  
per me hic traduntur, ad ejusdem Constitutionis  
normam redigere, ejusque dispositioni ac-  
commodeare, ac subiectere.

Premitto igitur primo: Quid sit Immunitas, que in re vide gloss. in e. cum devotissima, & ibi Archid. 12. quæst. 2. Hoffensi in Summa in verbo, Immunitas. num. 1. Armil. in verbo, Immunitas, etiam numero primo. Sanct. Antonin. in sua summa part. 3. tit. 12. cap. 3. in princip. & 3. 4. Est ergo Immunitas. Villagut. de extensione Le-  
gum cap. fin. num. 1. Usi ponit dissinitionem  
Immunitatis Ecclesia in genere. Azzor. Inflit.

De Immunit. Ecclesi.

moral. part. 2. lib. 9. cap. 3. rubr. de Immunitate Ecclesiarum. in princ. ubi pariter ponit dissinitionem Immunitatis in genere, ex Goffred. in Summa. Francisc. Suarez de statu Relig. lib. 3. cap. 8. rubr. de multiplici Immunitate Ecclesiarum num. 1. Ubi aliam ponit dissinitionem. Marius Italix in tract. de Immunitate Ecclesiarum lib. 1. cap. 1. in initio num. 1. & seqq. Ubi dixit, Immunitatem in genere nihil aliud esse nisi Juris relaxationem quo quis antea adstrin-  
gebatur, & ibi singula hujus dissinitionis verba discutit, & declarat. Et a. c. 1. §. 4. in specie de-  
clarat, quid sit verbum, Relaxatio, in hac dis-  
sinitione possum. Et eod. c. 1. §. 1. ponendo dis-  
sinitionem Immunitatis in specie, eorum scilicet  
qui ad Ecclesiam confugiant, dixit esse Corporal-  
is poena relaxationem, qua antea confugi-  
entes adstringebantur, in aliam satisfactionem  
arbitrio Episcopi transferenda. Et ibi pariter  
singula hujus dissinitionis verba discutit, &  
declarat. Et in §. 2. reprobat dissinitionem Gof-  
fredi in summa, necnon etiam dissinitionem  
Gloss. in c. cum devotissimam. 12. quæst. 2. Sed  
hac dissinitio Maria Italæ, non videtur recipi-  
enda quo ad Judices laicos in casibus exceptis,  
in quibus etiam dicti Judices possunt etiam cor-  
poraliter punire, ut dixi infra num. 306. Cogita-  
tigur igitur de alia dissinitione, quia in his, quæ no-  
minis questionem resipicunt, & ad praxim hu-  
jusmodi subtilitates parum proficiunt, non du-  
imorandum esse arbitror.

PRÆMITTENDUM II. est, unde dicatur Im-  
munitas, & ejus Etymologia. De qua vide Gof-  
fred. in summa. rubr. de Immunitate Ecclesiarum.  
num. 2. Holtiens. in summa de Immunitate Ec-  
clesie. num. 2. vers. Et quidem Immunitas. An-  
gelica in verbo, Immunitas, in princ. Silvestrin.  
eod. verbo, Immunitas, in princ. num. 1. vers.  
cul. Et dicitur Immunitas. S. Antonin. in Sum-  
ma. part. 3. tit. 12. cap. 3. in princ. vers. Et dici-  
tur Immunitas. & 3. 4. vers. Dicitur etiam Im-

*munitas. & verbie. seg. Villagut. in tract. de extens. legum cap. fin. nu. 2.* Et latius per Italiā in tract. de Immunitate Ecclesiastica. lib. 1. c. 1. §. 3. nu. 1. & seq.

3. PRÆMITTENDUM III. est, an, & quæ sit differētia inter Immunitatem Ecclesiasticam, & fœl libertatem Ecclesiasticam. Nam quod nulla sit inter eas differētia, & quod unum, & idem sint, voluit Hōliens. in summa in rub. de Immunitate Ecclesiastica. num 1. vers. Quid sit Immunitas Card. Zabarel. in c. perpendimus, in prime de sent. excomm. quem referit & sequitur Card. Tusch. præc. conclusio in verbo. Ecclesia. conclus. 8. num. 5. Ubi etiam allegat Covarr. var. refut. lib. 2. c. 20. num. 1. ubi & ipse reprobat Cajetan. contrarium tenentem in loco per eum relato. licet bene subdat. Ecclesiastarum Immunitatem differre ab Ecclesiastica libertate. quia libertas ad personas. Immunitas vero ad Ecclesiastas. res. & tempora pertinet. ut ibi per eum. qui sic declarando intelligendam esse affirmat Cajetani contrariam sententiam. Facit pro hac eadem opinione text. in cap. final. de reb. eccles. non alienandis. in illius verbis. Immunitatem Ecclesiastica libertati. que verba sine dubio compōrte videntur. quādā Communione in ter Immunitatem. & Ecclesiasticam libertatem. num. 4. in fine.

4. Contrarium. quod immunitas Ecclesiastica differet à libertate Ecclesiastica. Armilla in summa Immunitatis. num. 24. Villagut. in extensione legum cap. fin. num. 3. Ubi sub num. 1. facta conclusio. quod largo modo Ecclesiastica Immunitas. & Ecclesiastica libertas confundantur. scilicet tamen quo ad confundarum incursum differant inter se. Nam per Ecclesiasticam immunitatem. intelligenda erit exemplio loci sacri. sed per libertatem Ecclesiasticam intelligenda erit exemplio personae Ecclesiastice. Et propterea si quis locum facrum violaverit. non erit reus violatæ libertatis. sed solum immunitatis Ecclesiastice. & per consequētia nec inde incurrat censuras latas contra violatores Ecclesiasticæ libertatis. scetus qui injuriam infert personæ Ecclesiastice. libertatem ejus impediendo. quia tunc incurrit censuras latas contra violantes Ecclesiasticam libertatem. & video Benedictus XI. in Extravagan. inter cunctas. & incendiarios. sub illi. at privileg. ponit distinctos causas. violationem. scilicet. libertatis. & violationem immunitatis Ecclesiastica ut ibi per eum. Verum Benedicti XI. extravagan. prædicta licet loquatur per dictiōnem copulativam. &. quandoq; tamē eadem cōpula ponit inter similia. l. fin. §. dubium. ff. de tritico. vino. & oleo legato.

5. In hac contrarietate vide omnino bene discurrētē Mariū Italiā in tractat. de Immunitate Ecclesiastarum. lib. 1. cap. 6. § 2. nu. 6. & seqq. usque ad num. 19. Ubi referendo dicta per Cajetan. Covarr. & Villagut. in locis præallegatis. concludit in hac questione esse confundandos tres terminos. Immunitatem scilicet Ecclesiasticam. quæ pertinet ad materiam de qua agitur. Immunitatem Ecclesiastarum. quæ pertinet ad ipsam Ecclesiastis. Tertio. & libertatem Ecclesiasticam. quæ pertinet ad Ecclesiasticas

personas. & hoc modo inter se differre Immunitatem Ecclesiasticam. libertatem Ecclesiasticam. & Immunitatem Ecclesiastarum. Et tandem quo ad peccatum incursum. firmat conclusionem; quod violans Immunitatem Ecclesiasticam. inferendo vim confiugientibus ad Ecclesiastam. reus erit non solum omnium peccatum quas incurrit violantes immunitatem Ecclesiasticam. sed etiam earum quas incurrit violentes libertatem. & immunitatem Ecclesiasticam. prout sunt verba expresa Constitutionis Gregorianæ.

### A R G U M E N T U M.

Confugiens ad Ecclesiastam. regulariter gaudet illius Immunitate. Ampliatur & limitatur hæc Regula pluribus modis.

### S U M M A R I U M.

Confugiens ad Ecclesiastam. regulariter ex ea invitus extrahit non potest. nam & seqq. ubi respondetur contrariis.

Constitutio Gregorii XIV. de immunitate Ecclesiastarum. servanda est universaliter in omnibus locis. & Provinciis. etiam habentibus specialem Privelegia non servanda immunitatem in aliquibus casibus. num. 8.

Temporum immunitas quoad confugiētes ad ea. etiam apud Gentiles. Ethnicos & infideles nota erat. graviterque puniebantur violatores immunitatis Tempiorum. num. 13.

Ecclesiastarum immunitas. non solum de jure Civili. & Canonico. sed etiam jure divino introducita est. nu. 9. & seqq. ubi referuntur. & reprobantur contrarium tenentes.

Ecclesiastarum immunitas. contraria consuetudine. ne solli non potest. nec contraria consuetudo venit. nu. 14. & seqq. ubi referuntur. & reprobantur contrarium tenentes.

Ecclesiastarum immunitas consuetudine sublata non est. & in Urbe præfertur servatur. nu. 17. & 19. ubi referuntur & reprobantur contrarium tenentes.

Consuetudo extrahendit confugiētes ab Ecclesiastis. non excusat extrahentes è pana. nu. 328. in secunda limitatione. ubi referuntur. & reprobantur contrarium tenentes.

Clauſula. Sublata. &c. & decretum irritans. tollit omnem contrariam consuetudinem. nu. 1.

Consuetudo in materia Immunitatis Ecclesiastarum. intendenda est ea que praestit. & favore Ecclesiastis. alias scetus. nu. 20.

Privelegia Immunitatis Ecclesiastarum favorabile est & ideo extendendum. num 21. & 22. ubi etiam referuntur contrarium tenentes.

Confugiētes ad Ecclesiastam nullus. cuiuscunq; dignitas sit. extrahere potest. nu. 23.

Rex. seu Imperator non potest extrahere confugiētes ad Ecclesiastam. nu. 24.

Principes. seculares nihil statuere possunt in præjudicium Immunitatis Ecclesiastica. nu. 25. & 26.

Jus

## De immunitate Eccles. Appendix.

**Jus Canonicum** attenditur, & non Civile, in materia Immunitatis Ecclesiastarum, ubi aliquas inter hac jura adest contradiccio, nu. 27. & 28. ubi hoc ampliatur procedere non solum in Terris Ecclesie, sed etiam in Terris Imperii, licet alii contra, nu. 29. declarata ut nu. 31.

**Judex Ecclesiastico** compellit secularium judicem ad observantiam Juris Canonici in suo foro, in materia Immunitatis Ecclesiastarum, nu. 30.

**Confugiens ad Ecclesiam extrabi non potest** non solum à Judice seculari, sed nec etiam à Judice Ecclesiastico, nu. 32.

**Confugiens ad Ecclesiam nemo extrabi inde invitus potest eajusunque conditions sit,** nu. 33.

**Immunitas Ecclesiastarum non prodest Clericis, & Ecclesiasticis personis,** num. 36. contra nu. 34. praeferunt in Clerico non beneficiario tonsoram & habitum non deferente, declarata hanc materiam ut dicto nu. 35. vers. vide tamen, Banniti, & condemnati ad Ecclesiam confugientes illius immunitate gaudente, nu. 40. praeferunt pro aliis delictis, nu. 37. 38. Contrarium quod Banniti non gaudent, nu. 39. in hac contrarietate vide distinctionem, nu. 40. & 41.

Banniti, & condemnati gaudent immunitate Ecclesie, si fuerint banniti & condemnati pro crimen non excepti, scimus si pro crimine excepti, nu. 42.

Banniti possunt extrabi ad Ecclesia de mandato Pontificis, numero 43.

**Excommunicati confugientes ad Ecclesiam,** gaudent illius immunitate, nu. 44. licet alii contrariantur dixerint, nu. 45.

**Ressurrexit Iudicibus secularibus voluntibus extrahere invitum ab Ecclesia,** num. 46. ubi quomodo fieri debet haec resolutio.

**Extraditus per vim ab Ecclesia,** eidem Ecclesia restituendus est, num. 47. Amplia, ut interim nec etiam pro aliis delictis detinere possit à Judice seculari, num. 49. Amplia secundo etiam quod **Judex secularis petierit terminum ad probandum crimen ab extradito commissum esse exceptum,** num. 51.

**Judex secularis,** si ad Ecclesiam confugientem extraherit, tenetur ex officio etiam nemine potente ipsum relaxare, secundum aliquos, nu. 52. & 53. ubi quod isto casu debet taliter relaxare, ut post relaxationem non possit iterum facili capi.

**Confugiens ad Ecclesiam,** si à Birruarii captus fuerit, numquid presumatur captus in loco sacro, vel extra, & an isto casu Birruarius credatur, num. 54.

**Ecclesiastarum immunitas non solum quo ad personas,** sed etiam quo ad bona prodest abet, nu. 55.

**Secularis Iudex,** si confugientem ad Ecclesiam invitum extraherit, omnia inde sequentia sunt ipso iure nulla, nu. 56.

**C A P U T II.**

**REGULA** sit, quod confugiens ad Ecclesiam, inde invitus extrahi non potest. Text. est in l. 2. C. de his qui ad Eccles. confug. Ubi expresse dicitur, **Sancimus nemini licere ad Sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere.** & ibi Odofred. num. 1. vers. hac est regula. & Salycket in sumARIO. & de Jure Canonicio est text. in c. inter alia extra de Immunit. Eccles. Dum ibi dicitur si liber quantumcum graviora maleficia perpetraveris, non est violenter ab Ecclesia extrahendus; Et ibi communiter omnes Canonitae. Alius text. in c. frater. 17. quib. 4. Ubi Epiphanius Episcopus excommunicavit duos Beneventanos cives, quia invitum servum abiente Episcopo de Ecclesia extraherant. Item & text. iac. miror. eadem causa, & questione, & in c. Reum. paritet eadem causa, & questione. Ubi ad literam dicitur, **Reum ad Ecclesiam confugientem nemo abstrahere audeat** & ibi praefertur Turrecrem. in sumARIO. Item & text. in ca. diffinivit. eadem causa, & questione, ubi dicitur, **Diffinivit S. Concilium,** ut nullus auctor confugientes ad Ecclesiam, vel residentes, inde abstrahere. Alius text. in c. id constitutum. eadem causa, & questione, in illis verbis. **Ab Ecclesia atris, &c. res abstrahere omnino non licet.** & utroque gloss. & communiter omnes Canonitae. Paul. de Castr. in \* rubr. C. de his qui ad Ecclesiam confugiantur. num. 1. Turrecrem. in c. se quis in atrio. num. 1. vers. Queritur primo. 17. quib. 4. Azzo in summa de his qui ad Ecclesiam confugiantur num. 1. Angelica in summa in verbo Immunitas. nu. 16. vers. Utrum committens maleficium. Silvestrin. in cod. verbo Immunitas il. 3. num. 1. Thabit in eodem verbo Immunitas. num. 9. Armilla in verbo Immunitas. num. 12. S. Antonius in summa part. 3. tit. 12. cap. 3. § 1. in prim. Rosella in verbo Immunitas il primo in principio, & in eodem verbo Immunitas il secundo, in princ. vers. nullus ad Ecclesiam Roman. consil. 227. 1. S. Egi Mandos. in additionib. littera A. in verbo Regulari. Alex. consil. 145. num. 3. in praefer. & in vers. Secundo probatur que lib. 7. Boer. decisi. 109. num. 3. Bellamer. consil. 12. num. 1. versicul. Et est ratio huius, quia regula facit pro Immunitate Ecclesie. & num 2. vers. Primo enim. Decian. cum allegatio per eum in tract. criminis lib. 6. cap. 2. num. 1. vers. Et est regula certa. Mantua consil. 64. num. 4. Borgnini. Cavalcan. in 1. part. suarum decisionum in reper. vers. **Judex Ecclesiasticus & non secularis.** num. 11. Idem Decian. consil. 80. num. 5. & seqq. ubi dixit hanc esse generali, & certam regulam, tamque pluribus comprobata & exornata. lib. 3. & num. 16. & seqq. Ubi propterea dixit, quod allegans casum exceptum à regula, debet illum probare, cum pro regula praetulatur. Addo ad hujus reguli comprobationem Marfil. Jodoc. Soccin. Nicol. Moron. Monticelli. Duen. Marant. Plach. Boffi. Covar. Clar. Anton. Gomez. & Menoch. in locis per me relativis in tit. de Carceribus, & Carceratis. quib. 28. nu. 1. Quibus addo Petri. Gregor. Syntagm. Juris lib. 53. cap. 21. num. 3. & 4. Card. Tuch. pract. conclusio. in verbo Ecclesia conclus. 10. num. 1. Alex. Ambrosini. in tract. de immunit. & libert. Eccles. cap. 1. num. 2. Villagut. de extensione legum. c. final nu. 4. & 5. Ubi & iuri bus

bus & Doctorum authoritatibus pluribus hanc regulam exornat. Franc. Suarez de *statu Religionis* lib. 3. cap. 8. num. 9. & cap. 11. num. 4. Azzeved. in *Confutatur Hispan.* lib. 1. tit. 2. lib. 3. tit. 16. vers. ex quibus omnibus capi potest regula generalis. Et ex decreto Sacr. Concil. Tridentini 20. *Jeff. 25.* Ecclesie Immunitatem, facroque Canones, & Concilia generalia, aliasque omnes Apostolicas fundationes defuper emanatas omnino servandas esse expresse statutum est quod & apertius statuit Sanctissimus ille Pontifex Gregorius XIV. in sua Constitutione promulgata de anno 1511. ejus anno primo.

- 7 Nec premisso regule obicit, quod a nonnullis imperitis, & male conscientie hominibus datur, hanc Ecclesiarum Immunitatem esse iustitiae fauitem, delictorum, & delinquientium nutrimentum, ac etiam contra Christi verba dicentis, *Domus mea, domus orationis est, vos autem fecistis eam speluncam latronum,* & his familia, relata per Decian. in *tract. crimin. lib. 6.* cap. 25. num. 2. *versicul.* Sed & in contrarium. Et num. 7. vers. neque predictio obstatunt. His enim & similibus objectis, vide bene respondentem Chrysost. in 19. homilia ad Europaem, cuius verba, & sensum bene retulit idem Decian. in *loco praet. legato.* ubi & ipse optime huic objectioni respondet, sicut etiam respondet Ludovic. Gomez. in *g. penales.* num. 50. *Instit. de actionibus.* & plene etiam respondet idem Decian. in *conf. 80.* num. 12. & 13. lib. 3. Anafastus Germanus de *Sacrorum Immunitate lib. 3.* cap. 16. num. 15. & sequentib; ubi pariter Magistratibus responderet verbis Christi, probhitibus ejusdem domum effici speluncam latronum, & quod propterea ementes, & vendentes in templo ejerent, quo exemplo multo magis ejiciendos esse facinorosos arguant nonnulli, quorum argumento vide etiam bene respondentem Joann. Guttier. *practic. quest. lib. 3.* quest. 5. num. 9.
- 8 Nec etiam dicatur, prout late contendit Joan. Guttier. *practic. quest. lib. 3.* quest. 5. num. 36. quod Gregorius XIV. Confutatio non sit universaliter servanda, sed tantum in illis locis, & provinciis, in quibus eorum Dominis, & Principibus sunt concessa aliqua Privilegia extraehendi ab Ecclesia confugientes ad eam, adeo quod in reliquis Regnisi, & locis nihil statuere Pontifex ille voluerit contra jus Pontificium. Hae enim intelligentia, ultra quod videtur contra communem sententiam eorum qui post dictam Constitutionem de Immunitate Ecclesie tractarunt, dum eam generaliter, & universaliter, & in omni loco procedere presupponunt, id tamen, ni fallor, facta etiam aperte expresse fallum videtur in illis verbis ejusdem Constitutionis, ubi dicitur: *Ita tamen, ut quando pressens temporum calamitas, & nimia, que jam invaserit, perverorum hominum malitia, id exponit;* aliquid etiam ad terrorem delinquentium. Et ad coercenda illorum facinora, ultra id quod presca illa majorum nefrorum disciplina, Et vetus sacrorum Canonum norma prescripserat in quibusdam casibus congrua moderatione adhibita permittamur. Ex quibus quidem verbis colligitur, quod illius Pontificis mens fuit,

non solum providere in locis ubi sunt concessa Privilegia predicta, sed etiam universaliter ad coercendum perverorum hominum malitiam, ultra id quod factorum Canonum norma prescriperat congrua moderatione adhibita. & vide etiam qua dicam infra num. 135.

**AMPLIA I.** Ut hæc Ecclesiarum Immunitatis non jure positivo solum, videbatur Civili & Canonico, sed etiam jure Divino introducta sit, ut per Igne. in l. 1. numero 26. ff. ad *Syllan.* Dec. in c. *Ecclesia sancta Maria.* num. 14. de *Constitutionibus*, cum allegatis per eum, qui tam in libertate Ecclesiastica loquitur. Cagnol, in *l'vinum post num. 51. ff. si cert. pet.* Auter. ad Cappell. Ioloian. *decisio 423.* num. 5. Remig. *Dec. in tractat. de immunit. Eccles. in princip. num. 5.* Petri Pecchi. *de juri exsistent. cap. 6.* num. primo. Decian. *conf. 80.* num. 10. in fine *princ. lib. 3.* Joan. Lup. in *tractat. de libert. ut Ecclesiastica.* part. 1. quest. 2. & part. 2. quest. 2. Faciunt scripta per Card. Bellarminum de *Controvers. Christiana* *solutio tom. 2. lib. 1. cap. 29.* in fine ubi propterea dixit multa suffic signa & prodigia, quia non raro Deus ostendit in eos, qui Ecclesiarum Immunitatem violare presumperunt. & expresse etiam post Bellarmin. in *loco per eum relat.* hanc eandem ampliationem amplexus est Paul. Leon. in *Thesaur. for. eccles. part. 1.* rubr. de *Immun. eccles.* Anafal. Germon. de *Sacrorum Immunitate lib. 3.* cap. 6. num. 5. & seqq. Ubi hanc sententiam pluribus comprobant, communem & veriorem testatur Covarruvianus\*, contrarium tenentem reprobant, & illius ratione responderet. Cavalcan. de *Brachia Regio part. 2.* num. 31. Quæfada in suis questionibus juris quest. 1. num. 2. Guttier. *practicar. quest. lib. 1.* quest. 1. num. 8. & num. 9. Ubi refert, & reprobat Covarruvianum contrarium tenentem. Card. Tusch. *practic. conclus. in verbo Ecclesia conclus. 8. num. 4.* & latius in *verbo Immunitas conclus. 59. num. 1.* & seqq. & novissime Marius Ital. in *tractat. de Immunitate Ecclesiarum.* lib. 1. cap. 2. per tot. ubi latiflime, & juribus, & authoritatibus Sanctorum Patrum, & sacrae Paginis hanc ampliationem uti veriorem defendit, & contrariis respondet.

Et licet Covarruvias *var. resolut. cap. 20. lib. 10.* num. 1. & Decian. in *tractat. crimin. lib. 6.* cap. 25. num. 2. quos post firmatam regulam pro immunitate Ecclesiastica obiter retuli *supra in quest. 28. num. 3. in fine.* contrarium, quod immo immunitas hæc, non de jure divino, sed de jure positivo inducta sit, expresse affirmat. Quibus addi etiam possent Abulen. cap. 20. *Josue quest. 7.* Franciscus Suarez de *statu Religionis lib. 3.* cap. 8. num. 9. Ludov. Peguer. in *practic. crimin. cap. 26.* num. 1. Alex. Ambrosin. de *immunitate,* & *liberitate Ecclesiarum cap. 1.* num. 3. & forsan ali. Non tamen à proposta ampliatione recessendum videatur. Tum quia ni fallor magis communiter recepta est. Tum etiam quia, & verior, & rationabilior, prout magistratibus docet Marius Italia, omnino videndum in *loco praet.* ad quem lectorem remitto. In ultra foliū morem longior sim quam oporteat.

Et licet rursus Canonica & Civilia reperiantur 13

## De immunitate

**ur iura, quibus appareat, hanc eandem Immunitatem humanis constitutionibus ab Imperatoribus etiam & à Sancis Patribus sanctam esse, ut in ea, sicut antiquitas, & in e. diffinitive, & in e. Id constitutum est quiesc. 4. Et in cap. inter alia, ubi praesertim Anton. de Butt. num. 2. de Immunitate Ecclesiastarum. Innoc. in e. nov. 1. num. 2. ante mod. de sentent. excommunic. Card. Zabarelli. in e. perspondimus num. 13. eod. sit de sentent. excommunic. & alibi p[ro]p[ri]e[us] est Doctores. Non tamen per hoc sequitur, quin Immunitas praedita jure divino inventa sit, camque propterea inviolabiliter servandam Jura Canonica, & Civilia decreverint. Et in simili faciunt, que passim traduntur à Doctoribus circa exemptionem Clericorum, eam scilicet de jure divino esse. Gloss. in cap. Imperator. 96. distinet. Rot. decisi. 10. num. 4. de conject. in antig. Grammatic. decisi. 21. num. 12. decisi. 61. num. 12. & ita etiam firmatis Senatori Parisiensi referit Rebuffi. in concordatis in rubrio. de protest. concordator. hancque opinionem crebriori Doctorum calculo receptam esse afferuit Alciat. in cap. cum non ab homine, na. 2. de judicio. & nihilominus eam infinita Summorum Pontificum decretal. apostolicis legibusque imperialibus ampliatam & confirmatam videmus, ut latissime post alios cumulat Carolus de Grassis de effectu clericatus, effectu primo, numero primo versus finem. Quod apertissime probatur etiam ex decreto Iacobi, Tridentin. Concilii cap. 20. de reformat. sess. 25. clariss. in illis verbis, Ecclesia, & personarum Ecclesiastiarum Immunitatem, Dei ordinatione, & Canonicae sanctionibus constitutam.**

**12** Nec verum est, ut opinatus fuit idem Marius Italia in d. rati. de Immunitate. Eccles. lib. 1. cap. 2. §. unico. numero tertio, quod illud Decretum loquatur tantum de Immunitate personarum, & rerum Ecclesiastarum, non autem de hac, per qua agimus, Immunitate. Nam quod non solum loquatur de Immunitate rerum & personarum Ecclesie, sed simpliciter etiam de Immunitate Ecclesie, colligit ex ejusdem Decreti verbis exprefsis, ibi. Ecclesia, & personarum Ecclesiastiarum Immunitatem, & sic non solum de exemptione personarum, sed etiam de Immunitate Ecclesie, & verba predicta adeo mibi clara, & Juri consona videntur, ut aliorum alter sentientia interpretatione non indegantur.

**13** **AMPLIA II.** Ut h[oc] Templorum Immunitas, quo ad confugientes ad eas, fuerit etiam antiquitas apud Gentiles, Ethnici, & infideles, aliasque nationes cognita, apud quos quam graviter puniebant templorum immunitatis violatores, videoas per Decianum, cum relatis per eum, in tractat. criminal. lib. 6. cap. 25. num. 3. 4. & 5. & in conflit. 80. num. 10. & sequentib. libro tertio. Ubi quod hac Ecclesia & locorum factorum Immunitas etiam apud Infideles, & ab orbe condito observata fuit, & etiam iure naturae ab ipsis bestiis, Petr. Gregor. lib. 33. cap. 21. num. 4. & sequentib. Alex. Ambrofin. de Immunitat. & libert. Eccles. cap. 1. num. 7. Ubi hanc Templorum Immunitatem servatam fuisse

De Immunit. Eccles.

## Eccles. Appendix.

docet apud Hebreos. Gracos, & Athenienses. num. 8. Ubi etiam servatam testatur de Jure naturae ab ipsis bestiis. Francisc. Leon. in Thesaur. fori Ecclesiastici part. 1. cap. 13. rubr. de Immunitate Ecclesiastarum. num. 31. & omnibus sequentib. ubi latissime explicat Reges, Imperatores, & Principes. apud quos Templorum observantia in magna veneratione fuit. Francise. Suarez de statu Religion. lib. 3. cap. 8. num. 12. ubi dixit, quod fuit nihil certi constet, quam sit antiqua apud Christianos haec Ecclesiastarum Immunitas, probabile tamen est credere, quod inciperit ab ipsa Templorum solemnis dedicatione, & sic à temporibus Constantini, cum & ab eo tempore Christianae Ecclesiae publice edificata fuerint. Marius Italia de Immunit. Ecclesiastarum libr. 1. cap. 7. §. 1. & omnibus sequentib. ubi late probat, apud omnes nationes semper hanc Templorum Immunitatem cognitam fuisse. Quod & idem magistrilater probavit Anast. Germon. de Sacrorum Immunitat. libro primo, capitulo decimoquinto per tot.

**AMPLIA III.** Ut h[oc] Ecclesiastarum Immunitas contraria confutudine tolli non possit, ut pluribus comprobat Alex. Ambrofin. in tractat. de Immunit. Eccles. cap. 14. per totum, pluribus ad sic dicendum inductus rationibus. Primo, quia Populus nihil statuerit potest super Immunitatem Ecclesiastarum; ideo nec confutudinem inducere valet. Secundo, quia talis confutatio est omnino irrationalis. Tertio, quia nec etiam introduci potest Pontifice ignorantiae, qui ubique locorum praesens non est. Quarto, quia nunquam talis asserta confutatio, in contradictorio iudicio obtenta fuit, singulisque praeditis rationes & Juribus & Doctorum autoritatibus probat, proponit contraria, & illis responderet. Faciunt pro hac eadem opinione bene scripta per Marium Italiam in tractat. de Immunit. Eccles. lib. 1. cap. 3. §. primo, num. tertio & sequentib. ubi hanc assertam confutudinem, absum, & corruptelam propriè esse affirmat, cum certum sit, quicquid ab Apostolice Sedis Reclitoribus, plena autoritate fanciatur, nullius constitutidinis occasione proprias proferentes voluntates removeri posse. Et cum confutatio omnis contra Ecclesiastarum Immunitatem Ecclesiasticanam, hoc ideo minime valere, & Juribus, & Doctorum autoritatibus comprobatur, & latius in cap. 6. in initio numero primo & sequentibus, ubi refert, & sequitur Alex. Ambrofin. in loco praetexto, & multa notabilia, & magistrilater in medium affect. Quae si seculares iudices bene ponderarent, non sic facilis essent sub praetextu confutidinis (que confutatio non est, sed corruptela, & abusus) Ecclesiasticanam immunitatem violare in eorum anime perpetuum damnationem. Addo & Joan. Gutierrez practicar. quiesc. civil. quiesc. 1. mu. 12. versicul. Nec valent tales confutatio. Azevedo in Confutat. Hispan. lib. 1. titul. 2. lib. 3. tit. 31. Quem bene loquentem in hac materia omnino videas.

Et quod omnis confutatio immunitati Ecclesiasticae contraria, sit sublata ex Concil. Tridentin. sess. 25. cap. 20. quo renovatur obser-

A a 3 van-

vantia immunitatis ecclesiastarum secundum formam Canonum, & aliorum Conciliorum, bene adverit Bajard, ad Clar. quest. 30. nro. 5. Ubi propterea dixit, in Paria lus Concilium servari ad unguem. Et ego etiam adverti supra in *tit. de Carceribus, & Carceratis quæst. 28. num. 74.* ubi pariter dixi, quod succedente Constitutione GREGORII XIV. omnis prorsus consuetudo Immunitati Ecclesiastri contraria sublata fuit. Quod idem replicavit Frane. Leon. in *Thebas.* *Fori Ecclesiastici p. 1. cap. 13. num. 27. & 28.* Ubi eam reddit rationem, quia scilicet per Clausulam *Sablatam* &c. apposita in dicta Constitutione, dicitur sublata facultas omnibus aliis iudicibus alteri judicandi. c. sive eo tempore, de elect. in 6. cum aliis ibi per cum legalis. Addo ego item esse per Clausulam *Decreti irritantii*, de qua in eadem Constitutione. De cuius clausulae vigore non solum adverius dictam Constitutionem allegari non potest non ulla, sed nec etiam contraria usus. *Cassid. decisi. 2. de reservat. & decisi. 11. num. 5. super regulis Cancelleriae.* Put. *decisi. 10. num. 5. par. 1. Caputque, decisi. 134. num. 4. par. 3. Rot. Januen. decisi. 180. num. 8.* Et sic non obstat, quod in eadem Gregorii Constitutione, expresse non sint sublatae contraria Consuetudines, tum quia non erat necesse, quia per viam legis generalis emanavit, tum quia per clausulas praedictas omnino sublatae esse ex praecallegatis apparer. Addo rursus Alex. Ambrosiu. *de Immunitate Eccles. cap. 1. num. 27. & 22.* Ubi propterea dixit, hanc Gregorii Confutationem emanatam esse ad refringendam scribentiam, & ministrorum curia secularis audaciam, qui hanc Ecclesiastri Immunitatem contraria confuetudinem attestantur, & attendant esse volunt. & latius c. 14. per tot. pluribus comprobant, proponit contraria, & illi respondet, &clare etiam sic Fratris Marius Itala in *tract. de Immunit. Eccles. lib. 1. cap. 6. in initio.* ubi præteriuntur num. 3. bene denonillat, hanc assertam confuetudinem, quam secularis curia ministri supponunt, expresse Gregoriana Constitutione revocatam huius in illis verbis: *Ne autem Curie secularis predicit ministri, facultate illos per se, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi sibi olim, ut presertim, attributa, & per prefentes revocatae, prout & has contrarias confuetudines, ieu potius abusus, ab eadem Constitutione Gregorii expresse sublatae fuisse, probatur evidenter in vers. His igitur abusus, dum expresse ibidem dicitur, sumnum Pontificem voluisse per illam Constitutionem abusus tollere.* Nec facit, quod quandoque Ecclesiastici Antifiles, immo & ipse Papa non contradixerint, quando Ecclesiastican Immunitatem sic à secularibus Principibus, & Magistratibus violatam viderunt, & tacendo non contradixerunt. Non enim tunc contentire, sed obfuscare ferre & simulare eos dicendum est ex allegatis per Pacian. *de probationib. lib. 1. cap. 29. num. 87.* Et per Laudem. *deciso. Pisan. 36. num. 265. par. 1.* Et facit conclusio firmata in *cap. jamduam de prebendis.* ubi dicitur, quod multa per patientiam dissimilantur, que si in judiciali-

un deducta forent non permetterentur, eoque maxime, cum ea qua sunt juris divini, contra consuetudine tolli non possint, c. & c. ad audiendam, & c. cum inter de consuetudine, c. clericar. de jnd. ubi & Glos. fin. late Rot. d. decisi. 10. n. 4. de *Consuetud. in antiquis.*

Et à premilla ampliacione nullo pacto in 16 consuilendo & judicando recedas, quamvis contrarium, quod talis consuetudo in materia Immunitatis Ecclesiastarum valeat, & attendenda sit, voluerint complures Doctores per me allegati *supra in quest. 28. per rotam in discursu.* dicentes, quod licet in aliquibus casibus pro Immunitate assistat jus commune, & canonicum, contrarium tamen de consuetudine servari testantur, & eam fore attendendam opinantur. Et in specie sic etiam opinati sunt Abb. in *cap. inter alia. nro. 13. ante finem, versic.* Et ipsa puto verissima, extra de Immunitate Ecclesia. Oldrad. *conf. 54. num. 2. vers. circa hoc attenditur consuetudine.* Franciscus Suarez de statu Religionis lib. 3. cap. 11. nro. 4. Immo quod Ecclesiastarum Immunitas non servatur de consuetudine, dicere ausi fuerunt relati Doctores per Bajard, ad Clar. in *practic. quest. 30. num. 5.* Ubi testatur de Consuetudine in Provincia Aprutina. Joan. Berber. Foller. Clar. Nicol. Moron per me relati in *tit. de carcerib. & carceratis. quest. 28. num. 73.* Quibus addo petr. Gregor. in *syntagma. juris. lib. 33. cap. 22. numero tertio, in discursu.*

Et in Urbe, quod Ecclesiastica Immunitas non 17 habent locum aduersus iudices seculares Papar, testatus fuit Navar. in *Manual. confessariorum cap. 25. num. 18. in fine.* Bajard, ad Clar. *questio 30. numero sexto.* Ubi testatur de consuetudine in Urbe, & in statu Ecclesiastico nisi in leibus delictis, & pro civili debito. Quod & idem ante promulgationem Constitutionis GREGORII XIV. testatus sui *sapra in titul. de Carceribus & Carceratis quæstio. 28. numero 24. versic.* Bene verum est. Quam testificationem typis mandavi fidem Navarri sequitur, & longe antequam officiali in Urbe extitit, sed postquam Locumtenentis criminalis Sanctissimi D. N. Pauli Papa V. dum A. C. Apostolicus ageret, & successive ejusdem Papa Pauli Procuratoris Fiscalis generalis officiis functus fui, hanc corruptelam in Alma hac Urbe non vigerere ipsa compseri: quia Reos ad Ecclesiastas propter gravia delicta confugientes, officiales numquam extrahunt, nisi de licenti summi Pontificis, quem illico personaliter, vel per syngrapham audeant. & ita ego plures expertus sum, & practicavi, nec mirum si in hoc Navarrus allucinatus est, quia hujusmodi licentiae per summum Pontificem ore tenus officialibus conceduntur, & ideo paucissimis, & interdum neque etiam ipsi cautele notariis innotescunt, cum principales curiae officiales, vocis oraculum habere fini soliti.

Contrarium enim & optime, quod ecclesia- 18 rum immunitas servetur, & quod Doctribus de contraria consuetudine testantibus, minime credatur, proferunt extra locum in quo veritati sunt, & quod immo adhuc plures Doctores te- stan-

## De immunitate

**Santes**, Ecclesiarum immunitatem de consuetudine servari, pluribus probat Cardinal, Tuscos practicar. conclusio. in verbo Immunitas. conclusio. 59. num. 19. & sequentibus, usque ad numerum vigesimumquintum.

**19.** Nec ad validitatem consuetudinis contra Ecclesiarum immunitatem juvare allegare Urbis consuetudinem, de qua alias tellatae fui in quæficio. 20. numero 74. quo scilicet ante Gregorii Bullam non nisi pro levi delicto ecclesiarum Immunitas suffragabatur. & propterea ead, quod licentia Summi Pontificis erat paucis admodum cognita, mirum non sit, si ab aliquibus harum rerum incisis consuetudo appellata sit.

**20.** In hoc Doctorum consuetudo reperio distinctionem nonnullorum, qui dixerunt, consuetudinem in materia Immunitatis ecclesiasticae, esse attendendam, & valere, quatenus sit pia, & favorabilis ecclesia, alias feci, secundum Innocent. in cap. inter alia, colum. 1. in verbo Ad ecclesiam, versicul. Et maxime. extra de immunitate ecclesiarum. Ubi propterea dixit, attendendam consuetudinem ad favorem ecclesie etiam non consecratae, in qua divina celebrantur officia, ut immunitate gaudete, & iterum infra columnam secunda in fine, ubi pariter generaliter dixit, in hac materia consuetudinem quæ pia sit, attendendum esse. & ibi etiam Hossili. ante numerum primum, vers. & maxime. & numero quinto. Joan. Andr. numero septimo. Anton. de Butr. numero 12. Cardin. Zabarelli. psal. num. 5. in quæficio. 10. versicul. sed Innocentius dicit. Bonifac. de Vitalis. in Clement. 1. num. 70. versicul. Et cum ista consuetudo sit pia favore ecclesie. de penitentia, & remissione, & num. 73.

**21.** **AMPLIA IV.** Quia Immunitatis Ecclesiasticae privilegium est favorable, & ideo extendendum. Decian. in confil. 80. nu. 19. libro tertio. Et ibidem num. 22. Ubi propterea quod in dubio favendum est Immunitati Ecclesiarum, & pro ea judicandum, Alexand. Ambrofin. de Immunitate ecclesiarum cap. 10. num. 7. versic. *Aetiam*, cum materia ita immunitatis sit favorabilis. Marc. Antona. Genue in practic. Archiepiscopali cap. 22. num. 2. in fine, versicul. Praterea quando constitutio penalis contineat favorem ecclesiarum. Marius Ital. de immunitate eccles. lib. 1. cap. 2. §. unico num. 1. proff. Tiaraquell. quem allegat de usroge retract. lib. 1. in praefatione. num. 62.

**103** **LIMITA** propositam regulam in incendiis, qui ad ecclesiam confugientes, ecclesie immunitate non gaudent, cum hoc crimen atrocissimum sit. *c. Peccatum. 23. quest. 3.* ubi incendiarios aquiparatus depopulatoribus agrorum, & volvuntur. *in confess. Burgan. in tit. de justicie. §. 5. num. 111. fol. 54.* quem sic dicentem refert, & sequitur Decian. *in tractat. crimin. lib. 6. c. 28. nu. 24.* Dixi remissive *supra in tit. de carceribus & carceratis. quest. 28. in princip. Addo & Marian. Italian. de immunitate ecclesiast. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 56. & sequentibus.* ubi hanc conclusionem firmiter probari affirmavit *in d. cap. peccatum. dum postquam incendiarii, & depopulatori agrorum aquae detestati fuerint, & interdiili, subsequuntur verba infra scripta: Hanc Regibus, & Principibus facienda justitia facultatem consultis Episcopos, & Archiepiscopos non negamus.* Quia quidem verba supponunt incendiarios ad ecclesiam confugisse. Et ideo Innocentius ibi vertit se ad Reges, & Principes seculares, dicens eos puniendo esse consultis Episcopos, vel Archiepiscopos. Nisi enim incendiarii ad refugii loca confugissent, frustra daretur facultas Principibus secularibus admi-

Prosperi Farinacii J. C. Romani

administranda justitia, cum sine hac licentia possint incendiarios punire, etiam Episcopis & Archiepiscopis inconsultis.

**104** Multo minus gaudere debet immunitate ecclesiae, qui illam comburit, aut dejet, cum tunc in ea delinquisse dicatur, secundum Joan. Fabr. l. 1. num. 2. versicul. vel in ipsam. C. de his, qui ad ecclesiam confugiant. Navar. in manuali. confessio. cap. 25. num. 22. in fine. Confalv. de Paz. in praxi. tom. i. part. 5. cap. 3. §. 3. num. 144. Francisc. Suarez. de statu Religionis. lib. 3. cap. 8. num. 3. ubi de infringientibus ecclesiam, aut eam fuis bonis spoliantibus. Mar. Ital. de immunitate eccles. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 5. juncto num. 58. & seq. ubi opponit de textu in c. si quis ecclesiam. 17. queſt. 4. & oppositioni respondet.

**105** Contrarium, quod licet incendiarii crimen sit atrocillimum, non tamen per hoc incendiarius ipse privari debet immunitate ecclesiae, tum quia d.c. peccatum, hoc non disponit, licet facultatem triuati regibus eos punient tum etiam, quia in Constitutione Gregorii XIV. non est exceptum, verius dici potest per ea, que dicta sunt sup. num. 8. Quibus addo Francisc. Suarez. de statu Religionis. lib. 3. c. 8. num. 3.

**106** LIMITA II. Eandem regulam, in illis qui alias ecclesiam voluntarior extrahendo ab ea ad illam confugientes, qui si postea ipsi ad candem ecclesiam pro aliquo delicto confugerunt, ejusdem ecclesiae immunitate gaudere non debent. Sic enim exemplo Eutropii consilii, qui alias contra ecclesiae immunitatem legem tulerat, si ruptum reliquerunt Decian. in tractat. crimin. lib. 4. cap. 25. num. 7. post med. versic. Neque predicti obstant. & cap. 26. num. 9. versic. legitur tamen. Anafat. Geron. de Sacrorum immunitate. lib. 3. cap. 16. num. 104. & sequentibus, ubi alia ad materiam Petr. Gregor. synagm. juris. lib. 33. cap. 21. post num. 5. & c. 22. num. 2. versic. Non gaudent. Marius. Ital. de immunitate eccles. lib. 1. cap. 5. §. 15. Verum quod neque ille causus fit exceptus in Bulla Gregorii XIV. ex eius lectura clara patet.

A R G U M E N T U M.

Homicida ad Ecclesiam confugiens nunquid illius immunitate gaudere debeat.

S U M M A R I U M.

Homicida de jure civili immunitate ecclesie non gaudet. n. 107. scimus de jure canonico. num. 108.

Homicida ex proposito gaudet immunitate ecclesie. num. 111. licet alii contra. num. 112. Occidens Clericum extra ecclesiam si ad ecclesiam confugiat illius immunitate gaudere debet. num. 114. licet alii contra. num. 115.

Clericum vulnerans, seu offendens immunitate ecclesie gaudere debet. num. 116.

Dsellantes, si in duello aliquem occidant, num. quid gaudent immunitate ecclesie. num. 117.

C A P U T VII.

**R**EGULA sit, quod licet de jure civili ho- 107  
recidea ad ecclesiam confugiens illius non  
gaudent immunitate, ad text. in §. negue au-  
tem homicida. in authen. de mandatis Principi-  
pum. Alberic. in rubr. C. de his qui ad eccles.  
confugiant. num. 1. Gloss. in l. 2. in verbo abdu-  
cere. C. codem., & ibi etiam Azzo in verbo re-  
tinendum. Bellaperr. in l. prefaci. col. 3. in fi-  
ne. C. codem. Azzo, in summ. C. de his qui ad  
eccles. confugiant. num. 4. Ang. de malefici. in  
verbo quod fama publica. num. 19. Boer. decif.  
109. num. 1. relati per Decian. consil. 80. num. 3.  
lib. 3. Qui loquuntur etiam de jure Canonico.  
Anafat. Geron. de Sacrorum immunitatib. lib.  
2. cap. 16. num. 3. & 4.

Jure tamen Canonicō contrarium statutum 108  
sunt, & illud propterea servandum, ut per Al-  
beric. in d. rubr. C. de his qui ad ecclesiam con-  
fugiant. num. 1. versic. Ius autem canonicum.  
& ibi etiam Paul. de Caffr. num. 2. versicul. sed  
de jure canonico. Gloss. in cap. Inter alia in  
verbis nisi publicus latro. versic. sed decretalib.  
extra de immunitate eccles. & ibi etiam Anchār.  
num. 5. in fine. Abb. nu. 14. & seqq. usque ad  
20. Ubi pluribus hanc probat intentiōnem.  
respondebat contrariis, & praeferunt authen.  
de mandatis Principiū. §. Neg. homicidas. alia  
gloss. in c. sicut antiquitus. in ultima gloss. 17.  
quæſt. 4. Archidiac. inc. Recum nu. 1. eadem cau-  
ſa & quæſt. & ibi etiam Bellamer. nu. 1. Joan. de  
Imol. in Clem. 1. num. 11. versic. Et in hoc statu  
canoni. Goffred. in summa rubr. de immu-  
nitate ecclesiar. num. 9. Hollen. in summa de  
immunitate eccles. nu. 8. versic. si vero maleficium.  
ubi quod ita dicunt communiter Magistri. An-  
gelic. in summa in verbo immunitatib. nu. 17. ad  
finem versic. Quartum genu. ubi testatur de  
veriori & communī Doctorum sententia. Silveſt. \*  
in cod. verbo immunitas. il 3 num. 2. vers. quar-  
tum genu. ubi etiam testatur ita committit  
& verius teneri. Thabien. in edem verbo im-  
munitas. num. 10. in fine. Oldrad. consil.  
154. num. 1. Alex. consil. 145. num. 8. lib. 7. Boer.  
decif. 109. num. 3. in fin. Decian. in tractat.  
crim. lib. 6. cap. 28. num. 16. Ibi quod ita tem-  
per observarit. & ipse etiam observarit quan-  
do fuit aſſessor. & consil. 80. num. 26. & seqq.  
lib. 3. Ubi dat plures responſiones textui in §.  
negue de mandatis Principiū. Adde Petr. à  
Placha. Covar. & Clar. in locis per me relatis  
supra in tit. de carceratis. quæſt. 28. num. 28.  
Joann. Guttier. pract. quæſt. lib. 1. quæſt. 2. num.  
17. Ubi testatur de communī, & loquitur in ho-  
micidio, etiam dole commissio, nulla tamen a-  
nimi deliberatione & intervallo precedente. A-  
nafat. Geron. de Sacror. immunitatib. lib. 3. cap.  
16. num. 57. & num. 66. Villagut. de extenſio-  
ne legum. cap. fin. num. 5. ad finem. vers. sed  
hic notandum erit, ubi hanc conclusionem ho-  
die

## De immunitate Eccles. Appendix.

25

- die præsertim veram credit ex Constitutione Gregorii XIV. Et num. 14. & 15. Ubi tribus modis hanc probat sententiam. Azzor. *infir.* moral. part. 2. lib. 9. c. 9. versic. *Quid vero.* Card. Tufch. pract. conclus. in verbo ecclesiæ. conclus. 11. num. 3. & num. 4. Ubi de magis communis Doctorum sententia. & na. 43.
- 109** Immo ex praælegatis Doctoribus plerique etiam respondendo dictæ Authen. de mandatis Principum in s. neque. dicunt text. illum non contradicere juri canonico, quia loquitur in homicidio commissio in ecclesia vel propter eam.
- 110** **A M P L I A I.** Proposita regulam etiam in eo, qui ex propoſito homicidium commisit, secundum Abba. in c. inter alia. num. 18. & num. 20. in fine. & seq. Alex. conf. 145. per totum, lib. 7. ubi latissime ad partes disputatae questione, in hac refutat sententia, proponit contraria, & illis respondeat. Boer. decif. 109. num. 3. ad med. Ubi alii relatis hanc sententiam de jure Canonico procedere affirmat, & ita per canonistas teneri restatur. & num. 4. Deci. conf. 80. n. 21. lib. 3. Ubi alii relatis concordantibus testatur de communi & sapientissime practicata opinione. Addo Marian Soccin. Covarr. Boff. Gig. Blanch. & Conrad. in locis per me relatis supra in tit. de carceribus & carceratis. queſt. 28. num. 23. Anat. Geron. de sarcro. immunitate lib. 3. c. 16. Ubi hanc sententiam veriori affirmat, contrarium tenentes refert, & reprobatur. Card. Tufch. practic. conclus. in verbo ecclesiæ. conclus. 11. num. 3. ubi testatur de veriori Doctorum sententia. Mar. Ital. de immunitate ecclesiæ. lib. 1. ca. 5. §. 4. num. 14. vers. sed tandem. Marc. Anton. Genten. in pract. Archiepiscopali. c. 94. 4. Ubi referendo breve Clementis Papa VIII. in illa Panormitanæ immunitatis ecclesiastice, adverte, homicidio animo deliberato & ex propoſito debere gaudere immunitate ecclesiæ, licet ex particularibus causis in illo caſu Pontifex motus contrarium statuerit. Villagut. de extensione legum. cap. final. num. 16. Ubi tribus mediis aliis relatis concordantibus, hanc probat sententiam, subdicit tamen obſervari debere à Judicibus Deum timentibus, contrarium tenentes, refert, & eos reprobat Suarez de statu Religionis. lib. 3. cap. 11. num. 13.
- 111** Et hac opinio indubitate hodie fervanda est vigore constitutionis Gregorii XIV. prout post Villagut. in loco per eum relato, adverterit Mar. Ital. de immunitate ecclesiæ. lib. 1. cap. 5. §. 4. vers. sed tandem. item Villagut. de extens. legum. c. final. num. 16. in fine. Et adverterunt etiam peritissimi illi Juris consulti, quorum conſilium retuli inter mea conſilia. confil. 168. num. 68. & seqq. usque ad numerum 74. Ubi amplius adverterunt, homicidium posse per infidias committi abſque productionis qualitate, & propter productionis qualitate cessante, homicidiam ex propoſito, & etiam per infidias vigore dictæ constitutionis, ecclesia immunitate gaudere debere pluribus comprobant.
- 112** Contrarium, quod immo homicida ex propoſito non gaudet immunitate ecclesiæ, videtur de mente Innocentii, in c. inter alia. col. 2. in De Immunit. Ecclesiæ.
- verbo qui extra de immunitate ecclesiæ. Ubi videtur facere generalem conclusionem, ecclesiæ immunitatem non gaudere nisi eos qui ex impetu, vel caſu fortuito aliquem offendunt. Boer. decif. 109. num. 3. versic. tertio fallit in homicidio voluntario. & laetus. num. 3. & 6. num. 7. Ubi testatur, hanc opinionem servari in parlamento Parisensi. Decian. in tractat. crim. lib. 6. cap. 28. num. 13. Ubi loquitur de homicidio ex propoſito facte à laico. Testatur de communi, & vera opinione, & responderet contraria, & num. 14. ubi loquitur de homicidio ex propoſito commisso à Clerico, & pariter testatur de communi. & num. 15. Ubi ampliat in homicidio ex propoſito, & appenante eū ī īne infidili commisso, plures refert concordantes, pluribusque hanc probat sententiam, & de communiori, & aquiori & veriori testatur opinione. Navar. in manual. Confess. cap. 25. num. 21. Ubi quod ita secundum leges Lusitanias, uſu receptum est. Addo pro hac eadem opinione Anchæ. Speculatorem Alexandr. Guidopap. Alciat. Plot. Papien. Ioseph. Ludovic. Clarum. Menoch. & Andr. Facha. in locis per me relatis supra in tit. de carceribus & carceratis. queſt. 28 num. 23 qui testatur de communi & servata opinione. Azze. ved. in Conſtitut. Hispan. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 9. versicul. Idem in homicidio ex propoſito. Petr. Gregor. Syntagma. juris. lib. 33. cap. 22. num. 1. versic. sed tercio. relati per Cardin. Tufch. (qui tam eos non sequitur) practic. conclus. in verbo ecclesiæ. conclus. 11. nn. 2.
- Prima opinio hodie fervanda est. Nec in contradictione facit, quod text. in ea. 1. de homicidiis in sexto, ab altari illos quoque evellentur iubat, qui per induſtriam hominem occiderent, & sic ex propoſito etiam quod non proditorie. Nam text. illi ultra alios quos habet intellectus de quibus remissive dixi infra num. 13. ex Suarez Guttier. & Card. Tufch. ibidem allegatis, non simpliciter per induſtriam occidentem proximum fuum ab altari evellendum iustificat, sed ad diſputative, & per infidias, qua verba secundum communem Doctorum intellectum ad productionis qualitatem referuntur; prout in specie adverterit, & bene probat Suarez de statu Religionis. lib. 3. cap. 11. num. 13. quem in terminis licet bene respondentem omnino vides. Vel secundum Anchæ. in cap. ea. que num. 22. versic. decimono uno quarto de regul. jur. in 6. text. ille non loquitur in laico ad ecclesiæ conſugente, fed in clericis, quem propterea text. dicit eum propter homicidium ex induſtria, & per infidias ab eo commisum esse revellendum ab Altari. Non quod ab ecclesiæ debeat extrahi, sed quod debeat à ministerio altaris amoveri propter irregularitatem, vel propter incuriam excommunicationem, ad quam poſta referenda sunt subsequentia verba. ita aut moriatur, quia excommunicatione mors spiritualis.
- A M P L I A II.** Etiam in occidente, & offendeſcente Clericis, qui si ad ecclesiæ conſugerit, illius immunitate gaudet. Navar. in manual. confes. c. 25. num. 19. vers. Gaudet etiam. ubi dixit tenentes contrarium sine jure, & sine ratione loqui. Villagut. de extensione legum. cap. 11. fin.

Cc

*fin. nu. 43.* Mar. Italia de *immunitate ecclesie.* lib. 1. cap. 2. §. unico. nu. 6. & cap. 5. §. 3. num. 79. *in fine & seq.* Et haec opinio (quicquid alias circumscripta Gregoriana constitutione dixerim in quæst. 28. num. 29.) hodie indubitanter procedit *vigore dictæ constitutionis Gregorii XIV.* qui inter homicidia excepta non ponitur nisi homicidium proditione, aut per assassinum commissum. Ratio enim adducta per Doctores contrarium tenentes, quia scilicet committentes sacrilegium, prout committit is qui Clericum occidit, immunitate ecclesiæ non gaudet, vigore ejusdem constitutionis non procedit; prout dixi *supra nu. 99.*

**115** Quamvis contrarium, quod vulnerans Sacerdotem, nedium occidens, immunitate ecclesiæ gaudere non debet, vulnerat Boer. *decis.* 9. num. 3. *verific.* Item *in interficiencl clericum.* & num. 7. *in fine.* Ubi testatur, ita apud eum judicatum fuisse. Joan. de Vilchis de *immunitate ecclesiænum.* num. 38. *verific.* *septimus in interficiencl clerici.* refert eum & sequitur Decianus in tractat. crm. lib. 6. ca. 28. nu. 11. Anch. Gig. Joan. Berber. Jodoch. & Foller. *in locis per me relatis supra quest. 28. num. 29.* ea motus ratione, quia occidens clericum committit sacrilegium. Sacilegus autem immunitate ecclesiæ non gaudet, & hoc forsan secundum jus commune. Quod tamen ut non credo verum in hoc casu, ita secus disputationem est ex constitutione, que hunc calum non excipit.

**116** Secus in offendente, seu vulnerante Clericum & sacerdotem, qui propterea gaudet immunitate ecclesiæ, nisi membrorum mutilatio intervenieret, secundum Boer. *decis.* 109. num. 4. qui loquitur etiam in vulnerante in ecclesia. Navar. in manual. *confessar.* cap. 25. num. 19. *verific.* Gaudet etiam percussione Clericum. ubi reprobat contrarium tenentes Villagut, ubi *supra d. num. 42.* Mar. Ital. de *immunitate ecclesiænum.* lib. 1. c. 2. §. Unico, num. 7. Ubi reprobat contrarium tenentes, quamvis contrarium, quod vulnerans sacerdotem non gaudet, judicatum fuisse apud eum in curia testatur Boer. d. *decis.* 109. nu. 7. *in fine.*

**117** LIMITEA eandem regulam in duellantibus, & in duello inimicum suum occidentibus, secundum Navar. in suo manual. c. 25. nu. 21. *in princ. verific.* sed juxta leges Lusitanie. ubi testatur ita in Lusitania servari. Nec dissentit Mar. Ital. de *immunitate ecclesiæ.* lib. 1. c. 5. §. 4. num. 42. & 43. Ea motus ratione, quia qui duellum permittunt, vel faciunt, dant causam, ut loca, in quibus duellatur, interdicto suppontantur, ut in constitutione Clementis VIII. relatâ per Stephan. Quarant. in verbo *Duellum.* Sed sic est, quod qui causam interdicendi ecclesiæ dederit, immunitate ecclesiæ gaudere non debet, ut per eundem Ital. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 20. Ergo, &c. Considera tamen, quod haec Italæ opinio est fundata in illa ratione ut supra, quod scilicet dans causam interdicto ecclesiæ, ut puta cum magna fanguinis effusione, immunitate ecclesiæ non gaudet, ut per eundem in dicto §. 3. num. 19. Quæ quidem ratio non videtur considerabilis in constitutione Gregorii

XIV. nisi ex fanguinis effusione sequatur homicidium vel membra mutilatio in ecclesia. Nec video, quid commune habeat mutilatio membra, & fanguinis effusio in ecclesia cum duellantibus; credo tamen bene esse ut custodiatur à Pastoriibus ecclesiæ, & inde non extrahantur, nec Judicii seculari tradantur sine licentia Pape, aut habentis ab eo auctoritatem juxta scripta per me *infra nu. 340.* Et hoc tutius esse omnino crederem secundum Bullæ dispositionem.

## ARGUMENTUM.

Affassinus non gaudet immunitate ecclesiæ, & quando ad hunc effectum quis dicatur affassinus.

## SUMMARY.

Affassinus ecclesiæ immunitate non gaudet, nu. 118.

Affassinus immunitate ecclesiæ non gaudet, etiam quod occidat ad mandatum non infideliū, sed Christianorum, & citam quod occidens sit Christianus & non infidelis, nu. 119.

Affassinus immunitate ecclesiæ non gaudet, etiam quod occidat aliquem Infidelem, num. 120. contra, nu. 122. & occidens *an præsumatur Christianus, vel infidelis,* nu. 122.

Affassinus immunitate ecclesiæ non gaudet, etiam homicidio non sequuto, nu. 123.

Affassinus sautores ecclesiæ immunitate non gaudent, numero 124.

Affassinus immunitate ecclesiæ non gaudet, si hominem occidat præcedente datione, sed promissione non solum pecunia, sed etiam alterius rei, num. 125. & 126. ubi quid ex datione aliquid parva rei ut puta unus parvis caligaram. & nu. 127. ubi quid si occisor accipiat pecuniam pro expensis in Homicidio faciendo.

Affassinus immunitate ecclesiæ non gaudet, etiam quod mandat aliquem occidi, nu. 128. Affassinus non dicitur, & immunitate ecclesiæ gaudet si nulla precedens promissione aliquem occidat sub liceo consequenti aliquod lucrum, num. 129. & 130. ubi quid si occidat animo solum complacendi.

Affassinus non dicitur ex eo solum quod sibi fuerit facta aliqua promissio generalis, & in certa, nu. 131.

Affassinus non dicitur qui de mandato alterius occidat suum proprium inimicum, nu. 132. & 133. ubi idem de occidente inimicum mandans, mandante presente.

Affassinus non dicitur qui pecuniam accipit non ad occidendum, sed ad vulnerandum, nu. 134.

## CAPUT VIII.

REGULA sit negativa, quod affassinus non gaudet immuni, eccl. & ideo si ad eam con fugiet invitus inde extrahi possit. Sic enim probari

## De immunitate Eccles. Appendix.

27

bari videtur in c. 1. de homicidio in 6. ubi quod assasini ab omni populo Christiano sunt diffidati, ergo nulla fides ei servanda est, & sic neque fides immunitatis, ut per Cyn. in l. Reos. C. de questionibus. quem si dicentes refert, & sequitur Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 28. num. 18. ad med. vers. isti ergo non gaudent immunitate ecclesiæ. Et hanc eandem conclusiōne firmarunt Remig. German. Marcus Mantua. Petr. à Plach. & Clar. in locis per me relatis supra in titul. de carcerib. & carcer quæst. 28. nū. 26. Quibus addo Francic. Suarez de flat. Religionis lib. 3. c. 11. num. 13. & dixi etiam in tit. de homicidio quæst. 123. nū. 69. Joan. Guttier. practic. quæst. lib. 3. quæst. 7. nū. 50. & seq. ubi relatis & reprobatis contrarium tenentes, hanc sequitur sententiam, quam testatur crebriorem, & apud omnes receptam; ea potissimum ratione, quia assasini dicuntur proditores, tubdens insuper, quod hodie hac conclusio nullam patitur difficultatem ex Constitutione Gregorii XIV.

**119 AMPLIA I.** Hanc regulam, ut assasini dicantur, & ecclesiastica immunitate non gaudent, ad ecclesiastici coniugantes, etiam quod occidunt de mandato non infidelium, sed Christianorum, & etiam quod occidentes sint Christiani, & non Infideles, secundum relatos per me Doctores supra in tit. de homicidio. quæst. 123. num. 21. & seq. & in specie Decian. in tractat. crimin. lib. 6. c. 28. nū. 18. ubi refert concordantes, contrarium tenentes reprobatis, & hanc esse receptam, & communem Doctorum interpretationem testatur Joan. Guttier. practic. quæst. civil. lib. 3. quæst. 7. nū. 1. & seqq. ubi relatis & reprobatis contrarium tenentes, hanc conclusionem communem & coniunctu[m] receptam testatur, eamque pluribus comprobatur. Aenat. German. de sacrorum immunitate. lib. 5. c. 16. nū. 67. vers. quemadmodum de Assassini, & seqq. ubi etiam refert, & reprobatis contrarium tenentes, proponit contraria, & illis responderet Alex. Ambros. de immunitate. & libertate ecclesiæ. c. 7. nū. 1. & seqq. n[on]que ad nū. 7. Mar. Ital. de immunitate. ecclesiæ. lib. 1. cap. 5. §. 5. num. 149. vers. Concludendum igitur hinc est, ubi in idem ponderat Constitutionem Gregorii XIV.

**120 AMPLIA II.** Ut Assasini non gaudeat immunitate ecclesiæ, etiam quod occidatur non Christianus, sed Infidelis, secundum communem, de qua post altos testatur Decian. in tractat. crim. lib. 6. c. 28. nū. 18. ubi propterea reprobatis Bald. Joan. And. & Corn. contrarium tenentes. Et hæc opinio, quicquid alli infra relati contrarium dixerunt, mihi magis placet ex magistratiliter scriptis per Mar. Ital. de immunitate ecclesiastarum. lib. 1. cap. 5. §. 4. nū. 20. & 21. ubi reprobatis Alex. Ambroso. in loco infra allegando pluribus docet sub nomine proximi venire etiam infidelem, & propterea occidentem infidelem per assasini, ut proditorie gaudere non debere ecclesiæ immunitate, immo & amplius bene probat contra eundem Ambrosin. gravius esse homicidium proditorie comitium, quam per assasini.

De Immunit. Ecclæ.

Nunquid autem occisus presumatur Christianus, vel potius infidelis, vide Clar. in §. assasini. vers. Bene verum est, ubi dixit quod si occisi cadaver reperiatur in territorio Christianorum, occisus presumitur Christianus, refert eum, & sequitur Joan. Guttier. practic. quæst. civil. lib. 3. quæst. 7. num. 9. & seq. ubi tam ex Macard. in loco per eum relati, declarat, nisi occisus reperiatur circuncisus, quia tunc presumitur Christianus, etiam quod in territorio Christianorum cadaver reperiatur, ut ibi per eum, sed vide etiam Alex. Ambroso. de immunitate. & libertate ecclesiæ. c. 7. nū. 12. & 13. ubi alii relatis concordantibus, & preferenti Pacard. in tractat. de probatib[us]. ca. 14. sub. lib. 7. & ibi addentes litera B. part. 2. contra Clar. verius credit ad effectum de quo agitur, occisum non presumi baptizatum nisi qualitas baptismati, aut quod ipse pro Christiano habitus, & reparatus fuerit, probetur, responderetque ratione contraf[er]e per Claram allegata.

Contrarium, quod nisi occisus fuerit Christianus, assasini non dicatur qui illum occidit, & consequenter assasini specialia locum non habeant, secundum Joan. Andr. in c. 1. de homicidio in 6. Et ibi communiter Doctor. Aretin. consil. 103. colu. 2. ubi testatur hanc esse communem, & de coniunctu[m] servatam opinionem. Corn. conf. 240. sub. num. 1. lib. 1. Alex. consil. 106. in finel. lib. 7. Covarni. var. resolution. lib. 2. cap. 20. num. 10. versicol. Quinto, &c. Petr. à Plach. in epit. delictor. lib. 1. c. 19. num. 2. ubi testatur hanc sententiam omnium consenti esse stabilitam. Clar. in tractat. de Assasini. vers. Bene verum est, & in quæst. 8. vers. ubi agitur, quos, & alios referenter sequitur Joan. Guttier. practic. quæst. civil. lib. 3. quæst. 7. num. 8. Bajard. at Clar. in §. assasini. num. 13. Alex. Ambroso. in tractat. de immunitate. ecclesiæ. c. 7. nū. 12. ubi alii relatis pariter testatur "hanc esse communem, & coniunctu[m] receptam sententiam. Eamque ampliat etiam in eo quod proditorie Infidelem occidit. Dicitur, eum non propterea privandum esse ha[bit] immunitate, quia si per Assasini occidens infidelem eadem immunitate gaudet, multo magis gaudere debet proditor, cum Assasini crimen proditione gravius sit. Et videtur que latius dixi in tit. de homicidio. quæst. 123. & sequentibus.

**121 AMPLIA III.** Quia Assasini non gaudet immunitate ecclesiæ, etiam homicidio non sequitur. Dixa supra in tit. de carceribus. & carceratis. quæstio. 28. num. 26. ex Petro à Plach. in epit. delictor. lib. 1. cap. 19. num. 24. & seq. Verum hujus ampliations veritas dependet ab illa generali quæstione, an felicit; quando, & qua pena in crimine Assasini punatur affectus, seu conatus, non sequuro effectu de qua latius dixi in titul. de homicidio. quæst. 123. in effectu 3. num. 77. & sequentibus. Quibus in specie addo Joan. Guttier. practicar. quæst. ci-villum. lib. 5. quæst. 7. num. 26. & seqg. pluribus usque ad num. 44. & nū. 45. & sequentibus, usque ad num. 59. ubi post multa concludit, quod

Ccc 2

Assassi-

Affassinus non gaudet immunitate ecclesie, etiam morte non sequuta, si vulneravit, & percussit animo occidendi, & ut occidere, fecit quantum potuit, secus si vulneravit animo non occidendi. & hanc communem testatur esse Doctorum distinctionem, & in proposito vide Bannimenta Gubernatoris Urbis. ca. 19. Quibus caveretur, in penas Affassini incurtere omnes eos, qui ad agum proximum devenierint, etiam morte non sequuta. Sed certe haec Joannis Guttier. sententia & attestatio apud me non transit sine dubio, quia secundum ea quae dixi in dicta questio. 123. num. 115. magis communis, & magis servata videtur opinio, quod etiam in criminis Affassini, de generali confutidine, Affassini ordinaria pena non intret, non sequuta morte. Ideo cogita, & in dubio minori opinioni, & quaecceccularum immunitati faver, adhucres.

**124 AMPLIA IV.** Etiam in fautoribus Affassinorum, qui nec ipsi gaudent ecclesie immunitate, sicut dixi supra in tit. de carceribus, & carceratis, quest. 23. num. 26. ex Petri à Plach. in epib. de lictor. lib. 1. t. 19. num. 24 & sequenti. Quibus addo Remig. Gor. de immunit. fallent. 21. num. 9. post Mantuanum in loco per eum relato. quorum sententiam veram opinatur Joann. Guttier. pract. quest. civil. lib. 3. quest. 7. num. 53. vide qua dixi supra in tit. de homicidio. quest. 123. num. 29. & seqq. ubi potius, an occutans, vel derordens Affassium, seu illi operem, & auxiliu preflans, dicitur Affassinus, & Affassini pena puniatur.

**125 AMPLIA V.** Ut Affassinus dicatur, nec ecclesie immunitate gaudeat, non solum si hominem occidit praeceps promissione, seu datione certa pecuniarum quantitatibus; sed etiam praecedente promissione aliquius rel. ex allegatis per me supra in tit. de homicidio. quest. 123. num. 41. & seqq. & in specie voluit Franciscus Leon. in thesauro fori ecclesiastici. part. 1. cap. 123. num. 27. post Capyc. & Gabr. in locis ibi per eum relat. quibus addo Joan. Guttier. pract. quest. civil. lib. 3. quest. 7. num. 20. Et licet Mar. I. in tractat. de immunit. eccles. lib. 1. cap. 5. §. 1. num. 130. & sequentibus contrarium affirmaverit, tu tamen a proposita ampliatione in iudicando, & consulendo non recedas, cum quia communiter recepta est, tum etiam quia & veterior, & rationabilior, & si aliter diceremus effet facilis ad inventa via effugiendi penas Affassini, magnumque sequeretur aburdum, quod illud committeretur cum promissione, seu traditione decem aut viginti ducatorum, non autem cum promissione, seu traditione alterius rei, ut putat Gemmarum majoris valoris.

**126** Bene verum est, quod Affassinus non committitur ex datione aliquius parva rei, ut puta unius paris caligarum. Vulpell. consil. 143. num. 9. Alex. Ambrosin. de immunit. & libertate eccles. c. 7. sub. num. 9. dixi supra in tit. de homicidio. quest. 123. num. 43.

**127** Sic nec etiam Affassinus dicitur accipiens pecuniam pro expensis in hospitio faciendis, secundum Vulpell. in d. consil. 143. num. 8. Alex. Ambrosin. d. c. 7. sub. cod. ms. 9. & dixi in d.

glossa. 123. num. 158. ubi feci generalem conclusionem, quod subministrans expensas, aut pecunias mandatario, ut ex illis se alat, & prepararet ad homicidium committendum, non dicitur Affassinus, cum ex illis expensis nihil lucri faciat ex Boff. Gabr. Vivio. & Bajard. in locis ibi dem per me relat.

**AMPLIA VI.** Ut Affassinus non gaudeat immunitate ecclesie, sive mediante pecunia aliquem occidat, sive etiam occidere faciat, & sic tam mandans, quam mandatarius. ex allegatis per me supra in tit. de homicidio. quest. 123. num. 19. & num. 26. & seq. & in specie Decimi. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 7. 8. num. 15. ad finem vers. Affassini autem dicuntur, cum relatis.

**LIMITA I.** Propositam regulam, ut Affassinus dicatur, & immunitate ecclesie non gaudeat, si aliquem occidit fatim sub promissione pecuniae, vel alterius rei, secus si nulla precedente promissione quis alium occiderit sub spe consequenti aliquod lucrum, quia non dicitur Affassinus, secundum Aretin. Gabriel. Vivium. & Malcard. relatios per Alex. Ambrosin. qui in terminis hanc limitationem ponit, de immunitate ecclesiarum. cap. 7. num. 8. & seq. dixi aliquid supra in tit. de homicidio. quest. 123. num. 160. ubi probavi Affassini crimen non committi ex sola spe succeffionis.

**LIMITA II.** In eo qui aliquem occidit anno folium complacendi, nulla precedente promissione, aut datione rei, vel pecuniae, quod Affassinus non dicatur; & propterea gaudeat ecclesie immunitate, in terminis scripti idem Alex. Ambrosin. de immunit. eccles. cap. 7. sub. num. 9. post Caten. & Grammat. in locis per eum relat. licet hac declaratio parum professet vigore Bannimentorum Gubernatoris Urbis, quibus caveretur Affassimum dici, & reputari etiam illum, qui alterum occidit animo solum complacendi.

**LIMITA III.** Quia ad hoc ut dicatur Affassinus, & non gaudeat immunitate ecclesie, licet alio pecuniarum, vel alterius rei promissio sufficiat, prout in specie sic scripti Joann. Guttier. pract. question. civil. lib. 3. quest. 7. num. 20. non tamen sufficiet promissio generalis & incertis, nisi fuerit certa quantitas pecuniarum aut rei, prout sic pariter, & in specie scripti idem Alex. Ambrosin. post Burfat. & Vulpell. in locis per eum relat. in tractat. de immunit. & libertate eccles. cap. 7. num. 9. Quia de re vide, quia scripta supra in tit. de homicidio. questio. 123. num. 145. & sequentibus, ubi amplius dixi, ad qualiterum Affassium inducendam, nec etiam solam pecuniae promissionem sufficerit, nisi eadem promissio fuerit acceptata.

**LIMITA IV.** In occidente suum proprium inimicum. Quamvis enim id faciat de mandato alterius, cum promissione, seu datione pecuniae, non tamen dicitur Affassinus, nec ecclesie immunitate privabitur. Grat. consil. 52. num. 45. & seq. lib. 2. Hondoned. consil. 87 numero. 4. lib. 2. Alexan. Ambrosin. de immunit. eccles. cap. 7. num. 10. Dixi supra in tit. de homicidio. quest. 123. num. 157. ubi post Grammat. Vulpell. & Bajard.

## C A P U T I X.

Bajard. *in locis ibidem per me relatis firmavi conclusionem, Assassiniū non committi ab eo, qui recepta ab altero pecunia communem inimicū occidit.*

133 Sic nec etiam Assassiniū dicerur, nec ecclesia immunitatē privabitur is, qui recepta pecunia aliquem interfecit, praeſente tamen ipso mandante, secundum Covarr. *variar. resolut. lib. 3. c. ultim. num. 9. & seq. Gabr. consil. 170. num. 1. & segg. lib. 1. Bertazzoli. consil. 143. num. 13. lib. 1. Quos & alios retuliſſa in titul. de homicid. quaf. 123. num. 148.*

134 LIMITA V. In eo, qui pecuniam recipit, non ad occidendum aliquem, sed ad vulnerandum, is enim nec Assassiniū dicitur, nec propterea ecclesia immunitatē privabitur, secundum Alciat. Vulpeli. Decian. Anton. Gabriel. Mafcard. & Honed. in locis relatis per Alexand. Ambroſin. *& immunit. & libertate eccl. cap. 7. num. 11.* Nec difſent Joan. Guttier. *practicar. quaf. civit. lib. 3. quaf. 7. num. 59.* post Remigium *in loco per eum relato,* teflaturque hanc opinionem benigniore, & ſibi magis placere, quam contraria. Verum haec declaratio parum prodeſet in Urbe, vigore bannimentorum Gubernatoris Urbis, *cap. 19.* Quibus assassiniū declaratur, qui pecunia mediante, aut promiſione, non ſolum alium occiderit, ſed etiam vulneraverit, aut offendere.

## A R G U M E N T U M.

Proditorius Homicida immunitate ecclieſia non gaudet, & quando in proposito dicatur homicidium proditorium.

## S U M M A R I U M.

Proditorius homicida immunitate ecclieſia non gaudet, *nu. 135.* licet alii contra, *num. 136.* Homicida proditorius quis dicatur. & quoſ mo-  
dus quis proditorie occidere dicatur, *num.  
137.*

Parricida dicetur homicida proditorius, & immunitate ecclieſia non gaudet, *num. 138.* Mater partum abſcidentia, & filium infantem occidendo, immunitate Ecclieſia non gaudet, *num. 139.* Perjurio, & falſus teſtis, ſi ad ecclieſiam conſu-  
giat, illius immunitate gaudet, *num. 140.* miſ-  
cum falſificate, ſeu perjurio aliquem occidat, *num. 141.*

Veneno aliquem necans immunitate ecclieſia non gaudet, *num. 142.*

Proditorius homicida non dicitur qui inimicum suum per infidias. & proditorie occidit, *num.  
143.* quamvis alii contra, *num. 144.*

Proditorie aliquem vulnerans, morte non fe-  
quata, immunitate ecclieſia gaudere debet, *num.  
145.* licet alii contra, *num. 146.*

De Immunit. Eccleſi.

**R**EGULA fit, quod proditor homicida, ecclieſia immunitate non gaudet, & ideo ad eam confugiens invitus extrahi potest. Alex. *consil. 145. nu. 5. lib. 7.* Boer. *decif. 109. num. 5. vers. Tertio in eo qui alias proditorie occidit.* Ancharen. Felyn. Aretin. Guidopap. Alciat. Caſſan. Monticell. Covarr. Jo. Berber. Gig. Anton. Gomez. & Clar. *in locis per me relatis ſupra in tit. de carceribus & carceratis quaf. 29. num. 24.* Ubi relatis & reprobat contrariis tenentibus, hanc dixi eſſe aquorem com-  
muniores & magis fervatam Doctorum ſentientiam. Joan. Guttier. *practic. quaf. lib. 1. queſt. 2. nu. 2.* Ubi alii relatis teflatur de com-  
muni. & lib. 3. queſt. 7. num. 52. ubi relatis & reprobat contrarium tenentibus, pariter te-  
flatur de communi. Anataſ. Germon. *de sacro-  
rum immunit. lib. 3. cap. 16. num. 58. & segg.*\* Ubi teſtatur de communi Doctorum ſentientia, & etiam conſuetudine Christiani orbis admodum recepta, refert & reprobat contrarium tenentes. Azeved. *in Consil. Hispan. lib. 1. tit. 2. l. 3. nu. 9. Card. Tufch. practic. concluſ. in verbo ecclieſia concluſ. 11. nu. 5.* Villagut. *de extenſio. leg. c. final. nu. 13. vers.* His ergo pre-  
mijſi uſque ad num. 54. Ubi tribus mediis hanc probat ſentientiam, eamq; magis communem te-  
flatur, contrarium tenentes refert, & illos reprobat. Francic. Suarez de ſtatu Relig. *lib. 3. cap. 11. nu. 10. 11. & 12.* Ubi reprobat alios intel-  
lectus datos per Doctores ad cap. *primum de  
homicid. in 6.*

Et quamvis contrarium, quod immo prodi-  
torius homicida gaudere debeat immunitate ecclieſia, tenerint plures relati per Decian. *consil. 80. num. 21. lib. 3.* qui etiam teflantur de communi, & plures fervata opinione, Abb. Gu-\*  
gliel. de Benedictis, Diaz, & alii relati per Joan. Guttier. *practic. queſt. lib. 1. queſt. 2. num. 5.* qui teflantur de veriori, & frequentiori Doctorum ſentientia, & ad text. *in c. 1. de homicidio in 6.* plures à Doctribus referantur intellectus, de quibus lectori remitto ad Cardin. Tufch. *practic. concluſ. in verbo ecclieſia concluſ. 11. nu. 6.* Francic. Suarez de ſtatu Religionis. *lib. 3. cap. 11. num. 10. & 11.* & ad Joan. Guttier. *practicar. queſt. lib. 1. queſt. 2. n. 6.* Tu tamen à praecedenti regula non diſcedas: tum quia ut vi-  
des magis communiter recepta eſt, & in practi-  
cia fervatur: tum etiam quia expreſſe approbata  
& recepta in Conſtitutione Gregorii XIV.

**A**MPLIA I. Ut eadem Regula procedat in omni proditorio homicida. Proditorius enim homicida quis dicatur, vide Alex. *in consil. 145. num. 5. lib. 7.* Ubi dixit, quod proditorie occi-  
dere, eſt occidere per infidias, ut puta quando qui aliud verbis, & aliud in mente gerit, & po-  
nit exemplum in ſocio itineris, qui alium per-  
cutit. Francic. Suarez de ſtatu Religionis. *lib. 3. cap. 11. nu. 12.* Ubi dixit, quod per infidias, &  
proditorie quis dicitur occidere alium, quando a tergo illum occidit, vel quocumque alio mo-

C c 3

do

do nihil tale præcaventem, nulla præcavendi causa præcedente. & ponit exemplum in eo, qui aliquem dolose circumvenit, & callide seducit, ut eum occidat; vel in occidente sedentem in mensa, aut focum itineris. Joan. Guttier. *præf. quæst. lib. 1. quæst. 2.* Ubi quod proditor homicida dicitur is, qui alterum occidit non de facie ad faciem, sed retro. Item qui occidit fine dissimulatione, & *num. 9.* quod proditor homicida dicitur is qui unum actu offendit, & aliud in mente gerit, ut in occidente focum itineris, & *num. 10.* & seqq. Ubi declarat, quomodo intelligatur, quod qui retro, & non de facie ad faciem alium occidit, dicatur Proditor. Azeved. in *Conflitut.* Hispan. lib. 1. tit. 2. num. 10. Villagut. de *extension. leg. cap. final.* num. 53. ubi ponit octo modos, quibus quis alium proditorie occidere dicuntur. Alex. Ambroso. de *immunitate eccl. cap. 6. num. 1.* & seqq. Ubi quod prodore dicuntur, qui procul aliquid à se abicit, prout est is, qui fidem, quam præstare deberet, procul à se rejicit, & ideo proditorum tunc reputat homicidium, quando inter occidentem, & occidum nullus præcedebat rancor, sed potius simulabatur amicitia, ut puta, quia in simili comedebant, vel similiter in itinere, & sic unum gereretur in corde, & aliud in verbis. Dixi haec de re iterum *sopra in tit. de carceribus.* & *carceratis. quæst. 28. num. 74.* & seqq. & in *confil. 168. num. 74.* & seqq. lib. 2. ubi præterea probavi, quod offendens aliquem sub pace, seu promissione de non offendendo, dicitur Proditor.

138 A *AMPLIA II.* In parricidio. Qui enim parentes occidit, aut filios innocuos, & nihil tale cogitantes, nulla præsertim præcedenti rixa, & ex proposito, abique dubio proditor dicitur, & propterea ecclesiarum immunitate gaudere non debere nulla apud me est dubitatio.

139 Sic, & multo magis proditories nuncupari putaverim matres illas, que partum exponente filios occidunt infantes, gravius enim multo est occidere infantes, qui se præcavere nullo pacto possunt à matris prædictione, quam alios, quicquid fecerit Francie. Leon. in *Theatro fori ecclesiastici. part. 1. c. 13. num. 25.* & seqq.

140 A *AMPLIA III.* Quia licet si quis falso cum perjurio committerit, & ad ecclesiam cinguerit, quod ejusdem ecclesie immunitate gaudere non debeat, voluerit Igne. in *l. 1. in princ. num. 20.* in *fine. ad Syllanian. ea ratione motus,* qui perjurus removendus est ab ecclesia, & equiparatur homicidio voluntario. *cap. fina. 22. quæst. 1.* verius tamen sit ilum gaudere debere immunitate ecclesiæ, cum perjurii crimen in hac materia nec jure civili, nec jure canonico exceptum reperitur. Et licet perjurium & equiparatur homicidio, non tamen & equiparatur homicidio per iniurias commisso, quod, ut *suo loco dictum est,* exceptum. Sic enim his rationibus motus, voluit Decian. in *tracta. crim. lib. 6. cap. 28. numero. 21.*

141 Ubi tamen testis, cum sua falsa depositione, fuisse causa ut quis morti tradiceretur, tunc ecclesiæ immunitate non gauderet, quia diceretur

proditorius homicida. faciunt tradita per Azeved. in *confitut.* Hispan. lib. 1. tit. 2. l. 3. n. 9. *post princ. versic.* & quod sic, ubi generaliter dixit, immunitatem hanc non dari in quocumque genere criminum, in quo delictum proditorie committatur, ex Innocen. & Joan. And. in *locis per eum relatis.* & in specie hunc tellem proditorum dici, bene comprobatur. Mar. Ital. de *immunit. eccl. lib. 1. c. 5. §. 4.* & latius *cod. cap. 5. §. 5. num. 145.* & seqq. ubi ampliat hanc conclusionem etiam in judicibus, qui per dolum aut baratteriam sub praetextu iustitiae aliquem occidunt, dixi remissive *sopra in tit. de carceribus.* & *carceratis. quæstio. 28. in fine principi.* sed tutius dicas, fiant Constitutione Gregorii xiv. quae non modicam super hujus ampliationis veritate difficultatem facere videatur, ab ordinario confundendum esse Sanctissimum, & juxta illius responsum se regulare, & exequi.

A *AMPLIA IV.* ut proditorum dicatur homocidium commissum ab eo, qui aliquem veneno necat. Alex. *conf. 145. num. 6. lib. 7.* Boerdecis. *109. num. 5. ver. secundo in eo, qui occidit veneno.* Decian. cum allegatis per eum in *tracta. crim. lib. 6. c. 28. num. 19.* ubi etiam ita observari tellatur Anafal. Germon. de *facto. immunitate. lib. 3. cap. 16. num. 63.* Azeved. in *confit.* Hispan. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 10. dixi in *quæst. 18. num. 74.* & in *quæst. 28. num. 24.* in *fine.* Quibus addo Franc. Stataz. de *statu Religionis. lib. 3. cap. 11. num. 12. in fine,* & Mar. *de immunitate ecclesiæ. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 3. vers.* Et quemadmodum *is.* & latius *num. 36.* & seqq. ubi idem dixit de illis, qui malis medicamentis procurant abortum. Verum & in hac Ampliatione tutius esse dicas, confulen. esse Sanctissimum, prout in præcedenti Ampliatione dixi.

LIMITA I. In occidente suum inimicum *143* quoquo modo etiam per iniurias, & prædictiones. Tunc enim occidens præcavendi causam habebat à suo inimico, & ideo si sibi non præcavit sua est culpa, & occidens non dicitur proditor ad effectum ut privetur ecclesiæ immunitate. fuit doctrina Bartoli. in *l. reficiendam. §. delinq. ff. de panis.* quam sequuntur sunt Bal. Ancharen. Ang. Aretin. Gerard. Ant. Gomez. Eman. Suarez. Cephal. Decian. Bajard. Jacob. Aler. alias per me relati *sopra in tit. de delictis.* & *penit. quæst. 18. num. 76.* Et in *conf. 76. num. 7.* & *num. 15.* quibus modo addo Aloys. Catalan. in *tracta. de abolitionibus.* & *indul. limitat. 4. cap. 31. in allegationibus.* Jo. Bapt. de Leonardis. *num. 1.* & *omnibus. seqq. fol. mih. 240.* & seqq. ubi latissime Bartoli doctrinam predictam in *d. g. delinquunt.* comprobatur. Villagut. de *extensi. legum. c. fina num. 53. versic.* Quaratus modus. Vincent. de *Franchis decif. 713. per rot.* ubi late comprobatur, & defendit non esse proditorum homicidium commissum in suum inimicum retro, & sceloplo rotato, & quod ita contra resolutionem Vicaria, quam mox referam, resolutum fuit in illo Regio Consilio, Regia Camera & Summaria, & Alex. Ambrolin. in *tractat. de immunit.* & *libertate eccl.*

## De immunitate Eccles. Appendix.

- elef. cap. 6. num. 3. & seqg.** Marc. Anton. Genuen. in sua præc. Archiepiscopali. cap. 94. num. 1. & seqg. Et hanc candem Bartoli doctrinam fuisse admissam à Clemente Octavo Pontifice, de vero tunc Cardinalis Burghesii, & nunc Summi Pontificis, & Cardinal. Platæ in illa *Panormitana immunitatis ecclesiæ*, in qua ut supra ego consului, clare apparet. Dum in Breve registrato per eundem Genuen. d. c. 94. expresse dicitur, occisores illos, qui ex infidili diu in quadam domo latentes, ut occiderent suum inimicum, prout occiderunt, gaudere debere immunitate ecclesiæ, licet ex particularibus causis, & circumstantiis contrarium statuerit, ut ibidem in fine dicti Brevis vers. Et nota *supra dictam declarationem*, bene advertit idem Genuen. quicquid fecus de mente illius Sanctissimi Pontificis scripserit Mar. Ital. de immunit. eccles. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 1. & sequentib. in aſſeurib. Evidenter enim Pontificis intentio qualis fuerit, ego qui prefatis oretenens illum informavi, & ore proprio respondentem audivi, melius percepi, quam qui absens erat, & divinatur. Addo & Alex. Ambroſin. de immunit. eccles. cap. 6. num. 5. Joan. Guttier. practicar. queſt lib. 1. queſt. 2. num. 3. Et licet in d. queſt. 1. numero 75. & 76. contra Bartoli doctrinam meam protulerim sententiam, cum tamen ut dixi candem doctrinam admissam fuisse apparet à Sanctissimo illo Pontifice Clemente Octavo, in judicando nullatenus ab ea recedem.
- 144** Quamvis contrarium, quod immo proditorie occidens inimicum suum proditor dicatur, & propterea immunitate ecclesiæ gaudere non debeat, voluerint Afflictus, Gigas, Covarr. Petr. à Plach. Menoch. & ali per me relati in d. queſt. 18. num. 76. vers. que tamen opinio. & seqg. & contra Bart. doctrinam Magnam Curiam Vincitæ judicale testatur idem Leonardus in dictis suis allegationibus. num. 1. prout etiam contra Bart. late infirgit Francisc. Bermudez Fisi patronus post dicti Leonardi allegations. num. 1. & omnibus sequentib. fol. mibi 245. Et pro hac contraria opinione contra Bartol. faciunt scripta per eundem Francisc. Mar. d. decisi. 713. num. 16. ubi federe distinctionis concordando opiniones dixit, primam Bartoli sententiam procedere in materia strictè interpretanda, secundam autem contra Bartolum procedere in materia favorabili, & large interpretanda, (prout materiam impunitatis ecclesiæ favorabilem esse, & large interpretandam dixi *supra numero 21.*) Addo & pro hac contraria opinione Mar. Ital. in trætat. de immunitate eccles. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 1. & sequentib. sive ad num. 20. ubi pluribus hanc sententiam defendere conatur. Villagut. de extensiō legum. c. final. nu. 53. vers. quartus modus. Anatal. Germon. de sacrorum immunitat. lib. 3. cap. 16. nu. 63. & 64. Azeved. in confit. Hispan. lib. 1. tit. 2. num. 11. ubi tellatur hanc esse veriorem opinionem in puncto juris, licet difficulter in prædicta eam obtineri posse affirmet.
- 145** LIMITA II. Ut regula procedat morte secura, fecus si quis animo occidendi vulnerave-
- rit tantum, & mors sequuta non fuit. Decian. in trætat. criminib. 6. c. 28. num. 17. post Boer. & Rebus. in loco per eum relato, reprobatoque Igneo in l. 1. §. si dominus. n. 7. ff. ad Syllanum, contrarium tenente, & ita in prædicta obſervari testatur Decian. cos. 80. per tot. in discursu, ubi pluribus hanc probat sententiam, proponit contraria, & illis respondet lib. 3. & ibi praferuntur. Bajard. ad Clar. q. 30. nu. 17. ubi refert & sequitur dicta per Decian. ubi *supra in consil. 80.* & nu. 19. ubi alios refert. Anatal. Germon. de sacrorum immunitat. lib. 3. cap. 16. num. 60. ubi hanc sententiam, quam plam & rectam vocat, sibi magis placere affirmit, relati per Card. Tufch. practic. conclus. in verbo ecclesiæ. conclus. 11. num. 7. Francisc. Suarez de statu Religionis lib. 3. ca. 11. nu. 14. Villagut. de extensiō legum. c. fina. num. 54. & seqg. usque ad num. 59. ubi pluribus hanc probat sententiam, quam etiam late comprobatur Mar. Ital. de immunit. eccles. lib. 1. cap. 5. §. 14. n. 22. & seqg. usque ad nu. Vigefatum octavum.
- Quamvis contrarium, quod vulnerans pro-<sup>146</sup> ditorie & per infidias, animo tamen occidendi (licet fecus si non animo occidendi) immunitate ecclesiæ non gaudeat, etiam quod vulnerati mors non sequatur, voluerit Navar. in Manu-al. confit. c. 25. numer. 21. Igne. Covarr. Boer. Petr. à Plach. in locis per me relatū *supra in tit. de carceribus & carceratis. queſt. 28.* num. 45. ubi & ego etiam hanc amplexus fuī sententiam. Jo. Guttier. practicar. queſt. lib. 3. queſt. 7. n. 55. & seqg. ubi tellatur hanc opinionem \* communem, & in prædicta receptam, \* Azeved. in confit. Hispaniarum lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 9. verific. sed an erit idem. ubi ampliat etiam quod percussio sit facta sine sanguine, ut puta cum palo in capite, vel cum facchettatis arenæ, dummodo animo occidendi relati per Card. Tufch. practic. conclus. in verbo ecclesiæ. conclusione 11. num. 8. quibus non obstantius non recedat à prima opinione, quam cum Germ. & aliis supra allegatis magis plam & rectam credo, & hodie secundum bullam Gregorii XIV. quæ in illis verbis *Ant qui proditorie proximum suum occiderit, requiri videtur mortem sequutam; omni difficultate caret.*

### ARGUMENTUM.

Latro publicus immunitate ecclesiæ non gaudet, & quis dicatur Latro publicus.

### SUMMARIUM.

Latro publicus, ecclesiæ immunitate gaude-re non debet. nu. 147. & seqg. Leges non ad casus speciales & individuos reſſicerē debent, si generalem faciunt regulam. n. 148.

Latro publicus, quis dicatur. n. 149.

Latro publicus dicitur is, qui publice, & palam furatur, fecus si clam. n. 150.

C 4

Latro

*Latro publicus dicitur is, qui in via publica, & frequentata homine aggreditur, & per insidias furatur, secus si non in via publica, & si in via non per insidias, num. 151, contra numer. 152.*

*Latro publicus dicitur is, qui latrocinia committit cum armis, & violenter, secus si sine armis & sine violencia, n. 153.*

*Latro publicus dicitur is, qui solitus sit & frequenter homines depradare, secus qui semel aut bis aliquem ipsoliverit, n. 154.*

*Latro publicus immunitate ecclesie non gaudet, dummodo jam constet illum esse tales, & donec hoc cognoscatur, ab ecclesie extrahit non potest, etiam quod pretendatur à curia seculari, hoc esse notorium, num. 155. & etiam quod idem confugient fateatur se Latro-nem publicum, n. 156.*

*Latro publicus dicitur, qui, ut supra, homines aggreditur & furatur, etiam quod eos non occidat, num. 157.*

## C A P U T X.

**R**EGLA sit, quod Latro publicus si ad Ecclesiam confugerit, illius immunitate non gaudet. text. est. in cap. inter alia verbi. Et hoc verum, ibi Nisi publicus Latro fuerit, extra de immunit. eccles. & ibi glo. in verbo \*Nisi publicus Latro, & \* communiter Doctores omnes. Alius tex. in cap. sicut antiquitus. 17. quaff. 4. in illis verbis Nisi publicus Latro fuerit, & ibi glo. in verbo Nisi publicus. Archidiac. nu. 3. verbi. sed dicit, & ibi etiam Bellamer. in verbi. sed potest dicit, & Turrecremat. post num. 2. idem Bellamer. in cap. frater. num. 3. verbi. In prima glo. eadem causa, & questione. Idem Turrecremat. in e. diffinivit. num. 2. 17. quaff. 4. Ancharam in Clement. 1. num. 5. de paupertate, & remissione, & ibi etiam Joan. de Imol. n. 11. verbi. Ab isto autem Privilio. Cardin. Zabarelli, numero 5. Et Bonifac. de Vitalin. num. 82. ubi publicum Latronem afflatus vocat. Goffred. in summa, rubr. de immunit. eccles. num. 9. Hoftien. in ead. summa, n. 8. verbi. Si autem longe ab ecclesia, Angelic. in summa, in verbo Immunitas num. 17. Silvestrin. in eodem verbo Immunitas, il terzo, numer. 2. Thabien. in eodem verbo Immunitas. num. 10. Armill. in verbo Emunitas. num. 12. verbi. Nisi sunt publici Latrones. S. Antonin. in summa par. 3. tit. 12. cap. 3. §. 1. in principio. Rosella in verbo Emunitas, il secondo, in principio. Oldrad. consil. 154. num. 2. Roman. consil. 227. num. 2. Angel. de Malefic. in verbo quod fama publica, nu. 50. in fine verbi, idem quando est Latro publicus. Bellamer. consil. 13. num. 2. verbi. Ad secundum. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 2. & nu. 3. ubi ponit rationem. Mantua. consil. 60. num. 7. Duxi hac de re iterum supra in tit. de carceribus, & carceratis, quaff. 28. num. 50. Quibus addo Villagut. de extensione legum, cap. fina. num. 45. verbi. Quapropter secundum. & latiffime Mar. Ital. de immunit. eccles. libr. 1. cap. 5. §. 1. per tot. quem omnino in hac materia bene scribentem video.

41. Et extant clara verba Constitutionis Gregorii xiv. ibi, si fuerint publici latrone.

Nec dicatur, prout aliquos dicentes audivi, <sup>148</sup> hanc Gregorii Constitutionem esse obscuram, & defectuosam, cum in ea non declarentur, qui nam sint illi publici Latrones, quos immunitate ecclesiarum minime gaudere debere in ea statuitur. Cur enim de obscuritate, & defectu Sanctissimum hunc Pontificem reprehendere velimus, postquam usus est illis iisdem verbis, quibus & reliqui Pontifices ante eum usi sunt, in cap. sicut antiquitus, 17. quaff. 4. & in cap. inter alia, de immunitate ecclesiarum. Leges enim certum est, quod exprimere non debent omnes individuas conditiones, & casus, sed sufficiet generali facere regulam omnes speciales casus continentem, secundum juris communis communem interpretationem, ut bene advertit Jo. Gutier. pract. quaff. lib. 5. quaff. 99. num. 27. Qui enim fint casus speciales, & individuus, sub generali regula comprehensi, slabitur interpretationi juris communis, à quo omnes Constitutiones intellectum & interpretationem recipiant, prout & in specie pariter advertit Cardin. Tusch. pract. conclus. in verbo ecclesiae. conclus. 11. num. 15. in fine, dum dixit, Bullam Gregorii xiv. interpretationem pati à jure communali. Non autem dixit ( prout alii opinati sunt ) quod eadem Bulla extendatur ad alios casus in ea non exceptos. Cum re vera, ut in eadem Bulla legitur, extensio non habet locum, etiam in majoritate rationis.

Difficilis est scire, quis dicatur latro publicus. dic quod latro publicus dicitur, qui palam & publice furatur, si sunt pirata, vel qua publice stant in stratia ad effectum furandi. Angelic. in summa in verbo Immunitas. n. 17. Silvestrin. in eodem verbo immunitas il terzo, numer. 2. verbi. Primum est Latro publicus. Decian. in tractat. crimin. libr. 6. cap. 28. num. 2. per tot. ubi late declarat, quis dicatur publicus Latro, dixi iterum, & alias retuli supra in tit. de carceribus, & carceratis, quaff. 28. num. 50. Quibus addo Villagut. de extensione legum, cap. fina. num. 45. verbi. Quapropter secundum. & latiffime Mar. Ital. de immunit. eccles. libr. 1. cap. 5. §. 1. per tot. quem omnino in hac materia bene scribentem video.

**A M P L I A** I. propositum regularum, ut locum <sup>150</sup> habeat in eo, qui publice, & palam furatur, qui propterea dicitur publicus latro, non in eo qui clam. Sic enim aperte dicunt omnes Doctores allegati supra, nu. 140. Oldrad. consil. 154. num. 2. verbi. Et oportet quod sit publicus. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 2. verbi. Primo ut sit publicus. & iterum infra in verbi. Negue tamet putarim. ubi videtur tenere, quod publici latrones dicantur non solum qui publice & palam deprudent, & gravissentur in viis publicis, sed etiam qui non palam & publice, sed secreta, & per insidias, dummodo non semel, aut bis, sed frequenter hoc faciant, ita quod ab omnibus, & publice, pro latrone habeatur. & sic, ad hoc ut publicus dicatur latro, requirit, quod de hoc sit publice diffamatus, & magis clare hoc idem dixit eod. numer. 2. & in-

De immunitate Eccles. Appendix.

33

*sra versi, sed posset dubitari.* ubi propterea dicitur, quod inter publicos, & famosos latrones nulla sit differentia, cum famosus latro dicatur ille de quo est publica vox, & fama, ex Fulgof. Felyn. & aliis ibi per eum allegatis, quod & idem sensit Alexan. Ambrofin. de immunitate & libertate eccles. cap. 2. n. 3. ante fin. & n. 5.

151 LIMITA II. ut eadem regula dumtaxat procedat in eo latrone, qui in via publicis & frequenter homines aggreditur, & per insidias furatur, qui propterea dicitur publicus latro, fucus si non in via publica, & si in via non per insidias sed impetu, aut calo fortuito haec faciat. Tunc enim & ipse immunitate gaudet, ut probari videtur in e. *Inter alia de immunitate ecclesiastarum,* in illis verbis, qui dum itinera frequentata vel publicas stratas obdedit aggredientis insidias; & ibi Anton. de Burrio, n. 8. & n. 14. vers. 3. &c. Card. Zabarell, n. 4. in fine, vers. octavo quarto. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. numer. 2. versi qui autem dicantur latrones publici. & iterum infra. *Negque tamen putarim,* ubi propterum dixit, publicum latronem appellatum ex eo, quod in locis publicis, & in viis publicis, & in itineribus depredatur. & iterum infra, in versic. & quod requiratur, ad hoc ut publici latrones dicantur. Alex. Ambrofin. de immunitate eccles. cap. 2. n. 3.

152 Vide tamen Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. nu. 2. vers. & licet supra concilium fuerit, ubi dixit, latrones publicos dici ad effectum de quo agitur, non solum eos, qui in publicis viis latrociniū committunt, sed etiam si hoc faciant in domibus privatorum, dummodo cum violentia faciant.

153 LIMITA III. Procedere in eo qui latrocinia committit cum armis & violenter, qui pariter publicus dicitur latro, fucus si sine armis & violentia. Tunc enim, non latrociniū, sed simplex furum committere dicitur. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. nu. 2. vers. Extendenda erit ergo predicta limitatio, post Abbatem quem allegat Alexan. Ambrofin. de immunitate eccles. cap. 2. n. 3. & 4. cum allegatis per eum.

154 LIMITA IV. Eandem regulam procedere in eo qui solitus sit & frequenter homines depredari, enīm propterea dicitur publicus latro, fucus in eo qui femeſ, aut bis aliquem spoliaverit, aut furatus fuerit. ex allegatis per Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. numer. 2. vers. Atque idem, post Angel. & alios quos allegat. Alex. Ambrofin. de immunitate & libertate ecclesiastarum. c. 2. n. 3. & 4. & c. 3. n. 5. & 6. Ubi idem de graffatore viarum, quod non sufficit, ut immunitate ecclesie privetur, eum femeſ graffatum fuisse.

155 LIMITA V. Et generaliter; quia publicus latro immunitate ecclesiastarum non gaudet, & inde invitus extrahi potest, dummodo jam constet illum esse publicum latronem, quia si ipse negat se talēm esse, non potest extrahi, donec cognoscatur an sit, vel non sit publicus latro, etiam quod prætendatur ex parte extrahere voluntis hoc esse notorium; cum nec tunc dicatur

quid notorium, nisi illud notorium esse declaretur parte citata, ex Panormitan. Card. Arretin. Alberic. Dec. & aliis relatis per Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. nu. 2. in fine. vers. At insurge hic pulchra dubitatio, reprobat. Joan. de Vischis in tracta. de immunitate ecclesiastarum. n. 22. versi quaro. circa precedētia, contrarium tenente.

In tantum quod ad hoc, ut quis dicatur latro publicus, non sufficit, quod tales se esse fateatur, hoc enim nomen publici latronis est iuris, & non facti, & ideo ut confessio præjudicet, neccesse est ut confiteatur in specie requisita ad constitendum publicum latronem. Ang. conf. 403. incip. formata fuit. in princip. cem aliis per Decian. qui de communis refutat in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. numer. 2. versi. & quod ad constitendum publicum latronem. A. Alexander Ambrofin. de immunitate & libertate eccles. cap. 2. numer. 7.

SUBLIMITA omnes precedentes limitaciones, quia ad hoc ut latro publicus quis dicitur ad effectum utrum gaudet ecclesia immunitate, licet Cœpolli in authent. sed novo jure. num. 105. C. de serv. fugitiw. dixerit, ultra frequentiam latrociniorum, & alia de quibus supra in præmissis limitationibus, esse etiam necessariam hominis interemptionem per tex. in L. Capitalium. §. famos. ff. de pen. quem tex. & ejus verba in propoſito referit, & pondusat Alexan. Ambrofin. de immunitate & libertate eccles. cap. 2. num. 6. Verius tamen est, & magis communiter receptum, publicum dici latronem ecclesiæque immunitate minime gaudere ex eo solum, quod publice, & palam furetur, vel publice flet in stratis homines transtentur diffundantib; abfue eo quod occidat. secundum Bart. in d. Capitalium. §. famos. num. 1. & 2. ff. de panis. Bald. in authen. sed novo jure. n. 3. C. de serv. fugitiw. Abb. in c. inter alia n. 5. deimant. ecclesiast. Oldrad. confil. 154. n. 2. Per. Gregor. Synagm. juris. lib. 37. cap. 6. nu. 9. Ludovic. Pugni. accl. crimin. 40. numer. 6. Quos omnes refert, & sequitur Alexan. Ambrofin. ubi supra. d. nu. 6. vers. sed Panormitanus. ubi amplius adverbit sic fuisse de mente Gregorii xiv. in sua constitutione, in qua excipit publicos latrones, viarum graffatores, qui itinera frequentata vel publicas stratas obdident, ac viatores ex insidias aggreduntur, nulla interemptionis hominum habita consideratione, aut facta mentione.

ARGUMENTUM.

Depopulator agrorum non gaudet immunitate ecclesiæ, & quis dicatur agrorum depopulator.

SUMMARIUM.

Nocturnus agrorum depopulator ad ecclesiast. consigilis illius immunitate non gaudet. num. 158.

Notur.

Nocturnus agrorum depopulator quis dicatur,  
n. 159.  
Nocturnus agrorum depopulator, in quo diffe-  
rat a publico latrone, n. 160.  
Depopulator agrorum immunitate ecclesie non  
gaudet si fuerit nocturnus, secus si diurnus,  
num. 161.

## C A P U T XI.

**R**EGULA sicut quod nocturnus agrorum de-  
populator ad ecclesiam confugiens, illius  
immunitate non gaudet. tex. el. in cap. inter alia.  
in illis verbis, vel nocturnus depopulator agrorum.  
extra de immunitate ecclesiarum. & ibi  
communiter omnes Canonizat. Turrecrem  
in c. diffringit. num. 2. vers. similiter & si sit no-  
cturnus depopulator. Ancharana in elem. 1. n. 5.  
de penit. & remissione. Et ibi etiam Joan. de  
Imol. n. 11. vers. ab isto autem Privilegio. Car-  
din. Zabarell. num. 1. & Bonifac. de Vitalin.  
num. 82. vers. secundus est depopulator. Gof-  
fred. rubr. de immunitate ecclesie num. 9. Hollien.  
in eadem summa. num. 8. post mda. vers. idem  
si sit depopulator. Angelic. in summa in verbo  
immunitatis. num. 17. vers. secundum est. Silve-  
strin. in codem verbo immunitatis. il. 3. num. 2.  
vers. secundum est coram. Thabien. in codem  
verbo immunitatis. num. 10. Armill. in verbo e-  
munitatis. numer. 12. versic. Vel nocturni depo-  
pulatorum agrorum. S. Antonin. in summa par-  
t. tit. 12. cap. 3. §. 1. vers. Item si sit nocturnus  
depopulator agrorum. Rosella in verbo emuni-  
tatis. il. 2. in princ. vers. secundo si sit nocturnus  
depopulator. Oldrad. consil. 154. numer. 2; Roman.  
consil. 227. numer. 2. Ang. de malefic. in verbo  
quod fama publica num. 59. in fine. Boer.  
d. c. 1. 9. num. 3. versic. secundo fallit in depo-  
pulatoribus agrorum. Bellamer. consil. 13. num.  
2. versic. Ad secundum. Decian. in tract. cri-  
min. lib. 6. c. 28. num. 3. Ibi ponit rationem.  
Mantua. consil. 60. num. 7. Navarr. in Manual.  
confessor. cap. 21. num. 20. vers. Non item  
gaudet. dixi iterum. & alios retuli supra in tit.  
de carcerib. & carceratis. quæst. 28. num. 50.  
Anatal. Germon. de sacrorum immunitate. c.  
16. num. 56. Cardinal. Tusch. practic. conclus.  
in verbo ecclesia. conclus. 11. num. 1. Villagut.  
de extensione legum. cap. fin. num. 45. Alexand.  
Ambrozin. de immunit. eccles. cap. 4. num. 5.  
Ubi duplum hujus conclusionis reddit ratio-  
nem. Primo quia agrorum depopulatoris plu-  
ribus per infidia exitium excoigit. c. est in-  
justia. 23. quæst. 4. Secundo quia publicam magi-  
perturbant quietem. L. 2. C. quando licet unic.  
sine Jud.

**159.** Nocturnus autem agrorum depopulator sic  
dictus, quoniam in nocte segetes exsirrit, dum  
ibi se abscondit, vel latet, vel proper homici-  
dia, aut rapinas, quas facit in strata, comburi-  
t. & destruit agros eorum qui eis non ser-  
vunt. sunt verba Innocen. in c. inter alia. colum.  
2. in verbo nocturnus de immunitate ecclesiarum. &  
ibi Hollien. numer. 3. in verbo vel nocturnus.  
ubi refert in substantia dicta ibi per Innocen. &  
in verbo populator, declarat, id est, collector

fructuum in spicis pendentium, alias depopula-  
tor id est, & destrutor seu destrutor. Ibidemque  
ponit etymologiam depopulatoris. Joan. Andr.  
num. 6. in verbo populator. ubi refert dicta ibi-  
dem per Innocen. & Hollien. Anton. de Buer.  
numer. 7. Abb. numero 6. Cardinal. Zabarell.  
num. 3. Ad qua vide Oldrad. consil. 154. numer.  
2. vers. depopulator enim non est. Decian. in  
tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 3. vers. popula-  
tores autem. Ubi dixit, quod populatores agrorum  
dicuntur qui segetes in agri deprædati-  
tur. Et iterum infra in vers. Et quod popula-  
tor, ubi quo populator agrorum dicitur, qui  
ad agros alienos diripiendos destrutor nocturnus  
accedit. dixi iterum supra in tit. de carce-  
rib. & carcer. quæst. 28 numero 50 quibus addi-  
Cardinal. Tusch. practic. conclus. in verbo  
ecclesia. conclus. 11. sub num. 1. Villagut. de ex-  
tentio ne legum. c. fina. num. 45. vers. Nam se-  
cundum. Alexand. Ambrozin. de immunitat. &  
Eber. eccles. cap. 4. num. 4. Ubi quo depopula-  
tores agrorum sunt qui segetes in agri depræ-  
dati, fructus & vineas vastant, & latius Ma-  
ritia Italia de immunitate ecclesiarum. lib. pri-  
mo cap. 6. §. secundo.

In quo autem differat agrorum nocturnus de  
populator, a publico latrone. Dic, quod depo-  
pulator clandestine furatur, & clandestine mor-  
tarius in loco in quo furatur. Latro vero pu-  
blicus palam & publice furatur, secundum Ab-  
ba. in c. inter alia. num. 6. de immunitate eccl-  
esiarum. Angelic. post Innocen. quem allegat in  
summa in verbo immunitatis. num. 17. vers. Et  
differt istud genus à primo. Rosella in verbo e-  
munitatis. il. 2. in princ. vers. & differt à pu-  
blico. Villagut. de extensione legum. cap. fina.  
num. 45. vers. Nocturnus vero. Alexan.  
Ambrozin. de immunitat. & libertate eccles.  
cap. 4. num. 3. Quicquid fecusserit Decian.  
in tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 3. ea ratione  
motus, quia non sit verum, quod latro  
publice deprædatur, cum hoc repugnet ety-  
mologie latronum, qui à latendo dicti sunt. Ratio  
enim Deciani non est bona, quia quicquid sit de  
simplici Latrone, non tamē sic est in publi-  
co Latrone. Non enim dicitur Latro publicus,  
sed publice & palam deprædatetur, ut dixi supra  
num. 150. Et sic remansit firma differentia inter  
publicum Latronem, & nocturnum agrorum de-  
populatorum, per praælegatos Doctores\* com-  
munitate recepta.

**LIMI T A** propositam Regulam, ut proce-  
dat prout loquitur in nocturno agrorum depo-  
pulator. Sic enim in nocturno depopulator  
loquuntur jura & omnes Doctores allegat infra num.  
Ergo fecus videtur in diurno. & est  
ratio, quia ut dicunt prædicti Doctores, diurnus  
Latro, & depopulator non potest sine pec-  
cato occidi nisi sit telo defendat. Addo & Gof-  
fred. in summa rubr. de immunitate ecclesiarum.  
numer. 10. versic. quod tamen intelligo si fuerit  
nocturnus. Decian. in tracta. crimin. lib. 6.  
cap. 28. num. 3. vers. & quod populator agrorum.  
Cardinal. Tusch. practic. conclus. in  
verbo ecclesia. conclus. 11. sub num. 1. Alexan.  
Ambrozin. de immunitate, & libertate eccles.  
cap.

## De immunitate

*cap. 4. num. 1.* ubi ponderat verbum: *Nocturni possum in c. inter alia. de immunitate ecclesie,* quasi quod fecus sit in diurno, & *num. 5. verific.* Et ob id. ubi propterea fecus dixit esse vigore Constitutionis Gregorii xiv. in qua illud verbum *Nocturni ademptum est;* & sic voluerit illum procedere etiam in diurno agrorum depulatore.

## ARGUMENTUM.

Grassator viarum, immunitate ecclesiae non gaudet. & quis in proposito datur viarum grassator.

## SUMMARIUM.

*Viarum grassator ad ecclesiam confugiens, illius immunitate non gaudet, num. 162.*

*Grassator viarum, quis datur, n. 163.*

*Grassator viarum, in quo differat a publico Latrone, n. 164.*

*Grassator viarum dicitur is, qui grassatur in viis publicis & frequentatis, aliter fecus, n. 165.*

*Licet contra, n. 166.*

## CAPUT XII.

**162** REGULA sit, quod viarum Grassator ad Ecclesiam confugiens, illius immunitate non gaudet. *tex. est in c. inter alia. extra de immunitate ecclesiarum, in illis verbis, Qui dum itinera frequentata, vel publicas stratas obsidet, aggressione insidiis ab ecclesia extrahit poteſt.* Hec enim verba licet videantur relativa ad publicum Latronem, vel nocturnum agrorum depulatorem, prout *ibidem* adnotarunt Innoc. column. 2. in verbo *Qui & ibi etiam Hosti.* post num. 3. in verbo *Impunitate.* Joan. Andr. num. 6. in verbo *Insidiis.* Anton. de Butr. num. 8. Cardinal. Zabarell. colum. fin. num. 4. ante fin. verific. *Octavo quarto.* Magis tamen proprie ni fallor referri videantur ad viarum grassatorem, qui ut mox dicam ille proprie dicitur, qui homines in via aggreditur. *Boer decif. 109. numer. 3. verific.* Faut primo in *insidiatoribus itinerum.* Decian. in *tracta. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 2. verific.* *Adversendum tamen & verific. seq.* Navarr. in *Manual. confessar. cap. 25. num. 20. verific.* Non item gaudet viarum Grassator. Decian. *confil. 80. num. 2. lib. 3.* Duxi, & alios retuli *supra in tit. de carcerebus, & carceratis.* quest. 28. num. 50. Quibus adde Anafas. German. de *Sacrorum immunitate. lib. 3. cap. 16. num. 56.* Concordant expresa verbi Constitutionis Gregorii xiv. qui postquam ab immunitate excepti publicos Latrones, subleguitur per haec praecise verba: *Viarum; Grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac Viatores ex insidiis aggredientur.* & sic verba *tex. in d. c. inter alia.* *Qui dum iti-*

## Ecclef. Appendix.

35  
nera, &c. expresa resert ad Grassatores viarum.

Quis autem datur Grassator viarum, vide *163 gloss. in l. capitalium. §. Grassatores. in verbo Graſſatores. ff. de panis,* ubi Graſſatores expōnit, id est ad malum nitentes. Unde Grator id est, nitor ad malum. Decian. in *tracta. crim. lib. 6. cap. 28. num. 2. verific.* Secundo Latrones dicuntur. ubi quod vere, & proprie viarum Graſſatores nuncupantur Latrones illi, qui vias obſidet ut viatores depradentur, ex Grammat. in locis per eum relatis, Alexan. Ambroſin. de immunitate. & libertate, ecclef. cap. 3. per totum in discussu, & præterim num. 2. ubi dixit, Graſſatores esse eos, qui vias obſidet, ut spoliāt, & renientes occidunt. Dicunturque Graſſatores a verbo *Gradior gradari*, quasi quod cum impetu gradiantur, ut per Decian. in *tracta. crim. lib. 9. rubr. de Latronibus, & Piratis. num. 7.* & sic graſſari dicuntur Latrones viam obſidentes. *Gradī si quidem ambulare est.* Unde graſſari dictum ab impetu gradiendi. Mar. Ital. de immunit. ecclef. lib. 1. c. 5. §. 1. per totum in discussu. Vide in *tract. de Furtis,* ubi iterum dixi.

AMPLIANDO propositam regulam scire *164* oportet, in quo differat viarum Grassator a publico Latrone. Publicus Latro ad hoc ut quis dicatur, requiritur ut sit solitus & frequenter homines depradetur, & ideo non sufficit quod femel, aut bis aliquem spoliaverit, aut furatus fuerit, ex allegatis per Decian. in *tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 2. verific.* Atque ideo, post Ang. & alios quoque allegat. Alexan. Ambroſin. de immunit. & libert. ecclef. cap. 2. numer. 3 & 4. & cap. 3. num. 5. & 6. Ubi idem de graſſatore viarum, quod non sufficit, ut immunitate ecclesiae præteretur, eum femel graſſarum fuisse.

LIMITA candide regulam, quod ad hoc ut *165* quis Graſſator viarum dicatur, requiritur ut graſſaretur in viis publicis, & frequentatis alter fecus. *tex. in c. inter alia. verific.* Et hoc verum. extra de immunitate ecclesiarum in illis verbis, qui dum itinera frequentata, vel publicas stratas obſidet, extra de immunitate eccles. & in l. c. quando lic. unic. fin. jud. sibi ius dicere. in illis verbis, aut itinera frequentata in insidiis aggressione obſiderit. Alexan. Ambroſin. de immunit. & libertat. ecclef. c. 3. num. 1. post Oldrad. & Decian. in locis per eum relatis. ea motus ratione, quia ſicilicet non ita atrox videatur delictum obſidere vias non frequentatas, quam frequentatas, & amplius subdit, quod idem aperte declarat Constitutionis Gregorii xiv. dum eos dicit graſſatores qui itinera frequentata, vel publicas stratas obſident.

Quamvis contrarium, quod viarum Graſſator ad effectum premissum dicatur non solum is, qui in publicis, & frequentatis stratis aggreditur, & furatur, sed etiam qui alibi haec committit, dummodo per insidiis, videatur de mente Innocentii in c. inter alia. column. 2. in verbo, qui, de immunitate ecclesiarum, & ibi Hostien. num. 4. in verbo *impunitate,* ex Joan. Andr. num. 6. in verbo *insidiis.*

ARGU.

Hæreticus non gaudet immunitate ecclæsæ, & quando hoc verum sit.

## SUMMARIUM.

*Hæreticus ad ecclæsiam confugiens, illius immunitate non gaudet, num. 167. & 168.*

*Apostata fidei confugiens ad ecclæsiam, illius immunitate non gaudet, n. 169.*

*Hæreticus confugiens ad ecclæsiam, nunquid illius immunitate gaudet pro aliis delictis, n. 170. & seqq.*

*Blasphemus, & blasphemare solitus confugiens ad ecclæsiam, illius immunitate gaudere non debet, nu. 173. contra, n. 174. nisi blasphemata fuerit hereticalis, n. 175.*

*Simoniacus confugiens ad ecclæsiam, illius immunitate gaudet, n. 177. Licit alii contra, n. 176.*

*Hæreticus si ab ecclæsia extrahatur, illius causa non nisi ab ecclæsistico judge cognosci posse, n. 178.*

## CAPUT XIII.

**R**EGULA sit, quod Hæreticus ad ecclæsiam confugiens, illius immunitate non gaudet, secundum Azon, *in summa C. de his, qui ad ecclæsiam confugiunt, num. 2. vers. si hereticus, Gundifalv. in tract. de hereticis, quæst. 11. num. 15. Marfil, in l. ex senat. constil. in fine numero 11. ff. de sciaris. Joan. Royas sing. 93. Boer. decis. 110. numero 6. Decian. in tracta. crimin. lib. 6. cap. 26. num. 4. Navarr. in Manual. confessar. cap. 25. numer. 20. dixi hæc de re iterum, *sæpius in tit. de carceribus, & carcereatis, quæst. 28. numer. 68.* ubi alios plures retulii concordantes. Quibus addo Petr. Gregor. syntag. juris lib. 33. cap. 22. num. 1. Decian. in tracta. crimin. libro quinto. cap. 40. numero 7. Alexan. Ambrosin. in tractat. de immunit. & libertat. ecclæs. cap. 5. num. 1. & seqq. ubi hujus conclusionis duas afferat rationes. Primo, quia hæreticus in ipsam ecclæsiam delinquere dicitur, & ideo magis delinquit, quam qui aliud delictum in ecclæsia committit. Secundo, quia hæretici dici possunt proditores Dei, ergo eò minus, gaudere debent immunitate ecclæsæ, cum ea nec etiam gaudeant Proditores hominum. Et ex Constitutione Gregorii xiv. Hæresis crimen expresse inter exceptos casus numeratur.*

**N**ec dicatur, prout quandoque dici audivi, superfluum fuille Gregorii constitutionem in excipiendo ab ecclæsia immunitate crimen hæresis, cum certum sit tam de jure canonico quam vigore ejusdem Constitutionis, hujusmodi criminis cognitionem nullatenus pertinere ad fœculares Principes, nedum quod eos possint extrahere ab ecclæsia, nam quod prudenter fecerit Sanctiss. ille Pontifex, exprimendo hæresis crimen inter casus exceptos, duplice ratione aperie probatur. Primo, quia de hujusmodi cri-

mine an scilicet immunitate ecclæsia gaudeat, tractarunt etiam plures alii Doctores per me relati quæst. s. n. 68. Secundo, quia licet certum sit, leculares Principes & judices non posse esse in crimine hæresis intromittere, & multo minus illos extrahere ab ea ecclæsia; attamen quo ad judicem ecclesiasticum nunquid configuentes ad ecclæsiam, & clericos præfertim, possit ab ea extrahere, tatis apud Doctores controversum est, ex relatis per me d. quæst. 28. n. 7. & dixi *supra* n. 32. & seqq. ubi probatum fuit, ecclæsisticum judicem nec etiam habere potestatem extrahendi fugientes ab ecclæsiam. & ideo merito prudentissimus ille Pontifex voluit excipere ab ecclæsia immunitate crimen hæresis, ut scirent ecclæsistici judices eos immunitate non gaudere. & sic apter docere voluit ejus mentem fuisse, loqui in hoc cau non solum de judicibus secularibus, sed etiam de ecclæsisticis.

A M P L I A, & multo magis in apostola fidei, 169 qui propter fidem ad ecclæsiam confugiunt invitus inde extrahi potest, & est ratio, quia hujusmodi apostola pro hæreticis habendi sunt, at de eis sicut de ceteris hæreticis agendum est, ut per Gundifalv. in tract. de hereticis, quæst. 20. num. 2. Simanca cathol. Inffit. tit. 7. num. 4. & 5. Pegna ad Eymeric. in director. par. 2. quæst. 49. commentar. 74. liber. 6. cum aliis per me tuo loco allegatis in tracta. de hereticis, & in specie in hac ecclæsiarum immunitatis materia quod illa non gaudent, sicut nec gaudent hæretici, voluerunt Roer. decis. 110. numero sexto. Decian. in tract. crimin. libr. 6. cap. 6. numero 13. ubi tamen declarat hoc procedere in apostola fidei, scimus in apostola religionis, qui propter ea erit tutus in ecclæsia, præter quam in eo monasterio, seu religione a qua apostolavit. dixi *supra* in tit. de carceribus, & carcereatis, quæst. 28. num. 68. quibus addo Mar. Ital. de immunit. ecclæs. libro primo, cap. 5. 6. 1. numer. 17. vers. *hæc ergo apparet*, ubi pariter declarando ampliationem non habere locum in apostola à religione, ex Rebuff. in loco per eum relato testatur, quendam apostolam à religione fuisse restitutum ecclæsæ, ex qua fuerat extrahitus. & hæc ampliatione est indubitate, cum enim certum sit, fidei apostolatum, ut *supra* dixi, non solum esse hæreticum; sed etiam plurimum hæreticum: hoc ideo negari non potest, quin inter causas exceptos à Bulla Gregorii xiv. sit expresse comprehensus.

L I M I T A I. pro aliis criminibus per hæreticum commissis, pro quibus si ad ecclæsiam confugiatur, illius immunitate gaudet, Silvestrin. in summa, in verbo *Immunitas. il terzo. n. 2. vers. & idem puto de hæretico.*

Contra quod hæreticus possit capi in ecclæsia, 172 etiam pro aliis delictis, voluit Decian. in tract. crimin. libr. 6. c. 26. n. 4. post Boer. Marfil. Gundifalv. Gigantem, & Covar. in locis ibi per eum relativis.

In hac contrarietate, vide Alexan. Ambrosin. 172 de immunit. & libertat. ecclæs. cap. 8. nu. 9. vers. ego credo. ubi post Decian. quem allegat in tract. crimin. lib. 6. cap. 28. (voluit dicere, cap. 26.) nu. 6. in fine, dixit, quod si hæreticus pro hæreti

## De immunitate Eccles. Appendix.

37

hæresi non fuit punitus poterit extrahi ab ecclesia, & puniri tam de hæresi quam de aliis postea patratis delictis. Si vero fuit punitus de hæresi, & penitentia sibi injuncta adimpleta, fuerit ecclesia reconciliata, gaudebit pro aliis delictis ejusdem ecclesie immunitate, cum vere amplius dici non possit hæreticus. Verum hic (ni fallor) magna latet æquivocatio. Aut enim hæreticus per penitentiam & absolutionem, ecclesia reconciliatus est, & tunc Ministri sancti Officii, vel Episcopi, ad quos duxat hujusmodi di judgmentum pertinet, ratione aliorum delictorum, licet atrocium, minime procedunt, ac proinde extractioni locus non existit. Aut vero ecclesia reconciliatus non est, & adhuc contra eum vigent indicia, tunc idem Ministri libere illum ab ecclesia extrahunt, ac re cognita, processuque per sententiam, ejusque executionem, perfecto, reum, nisi aliqui brachio seculari tradendus sit, vel libertate donant, vel ecclesiæ à qua fuit extractus, refutant, nec super aliis delictis, quomodolibet qualificatis, inquirunt, minusque ob illam eundem reum judicii seculari consignant, quandoquidem Sacrum illud tribunal, non nisi causa hæresim, vel ejus suspicionem concernentibus procedit, nec reum à ea captum, quantumvis de aliis criminibus diffamatum, vel indicatum, alteri judicii consignare confuevit. Quod si illum alibi detenunt, ac de rebus ad Sanctum Officium spectantibus indicatum accersiverit, cum primum eidem Sancto Officio satisfactum est, curia, à qua eum recepit, omni cunctatione sublata restituit. Re autem hoc modo se habente, Ambrosini distinctionem sustineri non posse manifestum est.

**173 LIMITA II.** In blasphemio, & blasphemari solito, qui ad ecclesiam confugiens, quod illius immunitate gaudere non debet, licet voluerint addentes ad Oldrad. *conf. 154. in nova additione.* Boer. *decis. 110. num. 1. & seqq.* ubi pluribus hac sententia comprobatur. Decian, *in tracta. crimin. lib. 6. c. 26. num. 6.* ubi declarat hoc procedere quando tractaretur de puniendo delicto blasphemia, fecit quando quis pro blasphemia condemnatus, & punitus pro aliis delictis, ad ecclesiam configureret. Bajard, ad Clar. *quesit. 30. num. 15. dixi supra in tit. de carcerebus, & carcereatis. quesit. 28. num. 67.* Quibus addo Cardinali. Tuich. *practicar. conclus. in verbo Ecclesia. conclus. 11. n. 51.* ubi refert Boer. *ubi supra allegatum.*

**174** Contra tamen, quod blasphemus ad ecclesiam confugiens, gaudeat illius immunitate, voluit Navarr. *in manual. confessar. cap. 25. num. 20. vers. quod nostrum iudicium non probatur.* ubi propterea reprobat Boer, & Remig. contrarium tenentes in locis ibi per eum relatis, nec dissentit Alexan. Ambro. *de immunit. & liber. eccliar. cap. 8. mu. 10. & seqq.*

**175** Bene verum est, quod si blasphemia est hæretica, tunc iste blasphemus immunitate ecclesiæ.

*De Immunit. Eccles.*

sæ non gaudebit, non quia blasphemus, sed quia hæreticus ut bene adverit Navar. *in manual. confessar. cap. 25. num. 20. in princip.* & voluit Alexand. Ambro. *ubi supra d. cap. 8. num. 10. vers. Putarem tamen ego.* Sed quicquid memorati Doctores circa hoc scripserint, advertas, non solum blasphemum hæreticalem, sed etiam quemcumque alium de hæresi quovis modo suspeclum, si ad ecclesiam confugiat, ab ea à ministris sancti Officii indifferenter extrahi, & ratio est, quia cum error hæresis consilat in intellectu, qui nisi per ipsum rei confessionem declarari aut palam fieri non potest, formalitasque hæresis ab hoc dependat, utique pro fidei orthodoxa conservatione, & majori totius Reipublicæ Christianæ bono, ne pestifera hæc lues in animarum perniciem latenter serpat, si rei hujusmodi ad ecclesiam confugiant, ab ea extrahendi, ac examini subiecidenti sunt, juxtaque intentionis declarationem, ad abjuratio[n]is gradum, suspicione ex propositio[n]ibus prolatis, vel alias quomodolibet per eos contractæ congruentem, admittuntur. Et ita ex antiquissimo illius Sacri Tribunalis stylo semper servatum est, & servatur in praesens, nec datum casus, in quo quis tangam hæreticus formaliter condemnetur, nisi errorem fateatur; poterit quidem condemnari, ut negativus, si concurrent requisita necessaria, de quibus Rota *decis. 1. de hære. in antig. & latissime tradi in meo tractatu de hære. quæst. 178. num. 22.*

**LIMITA III.** In simoniaco, qui quod eccl. <sup>176</sup> immunitate gaudere non debeat, licet dixerit Decian. *in tracta. crimin. lib. 6. cap. 26. n. 5.* eam reddens rationem, quia scilicet simoniaci & qui parantur hæreticis, *juribus ibi per eum allegatis. & numer. 6. in fine,* ubi declarat hoc procedere, quando pro simonia non punitus, simonia pecuniam ut evitaret, in ecclesiam confugisset, fecis si pro simonia punitus, & condemnatus confugeret in ecclesiam pro aliis delictis.

Verius tamen est, quod indistincte simonia <sup>177</sup> ad ecclesiam confugiens, illius immunitate gaudeat, quia licet hæretico æquipareatur, non tamen proprie est hæreticus, nisi credat licitum esse spiritualia emere, & vendere, & sic simoniam committere. ex allegatis per me, *in tracta. de hære. q. 68. n. 28. & 29.* & ideo verius putto, cum simoniz crimen non sit exceptum in Constitutione Gregorii xiv. qui illud committit etiam tatum esse in ecclesia.

**LIMITA IV.** Quia licet hæreticus ad eccl. <sup>178</sup> immunitatem confugiens, extrahi possit invitus ab ea; illius tamen causa cognosci non poterit nisi à iudice ecclesiastico. Tum quia hæresis crimen mere ecclesiasticum est prout late dixi *in tractat. de hære,* tum etiam, quia sic expresse statuitur in eadem Gregorii xiv. Constitutione in illis verbis: *De crimine vero hæretis cognitio ad favorem ecclesiasticum tota pertinet, neque in ea curia secularis se quoquo modo intromittat.*

D d

ARGU-

Reus criminis laſe majestatis, An, &  
quando ad ecclesiam confugiens,  
illius immunitate gaudeat.

## SUMMARIUM.

Rens laſe majestatis ad ecclesiam confugiens, de  
jure communi illius immunitate non gaudet,  
num. 179. contra, num. 180. sed viore Con-  
stitutionem Gregoriana non gaudet, si in per-  
sonam Principis aliquid machinatus fuerit.  
Secus si non in Principis personam, num. 181.  
& seq. & quid in offendentibus personam  
Regiae, vel filios Regis, n. 182.

Offendentes Cardinalis, vel Episcopum, vio-  
lentias manus in eos injicendo, obſidendo, vel  
inſequendo, si ad ecclesiam confugiant im-  
munitate non gaudent de jure communi, n.  
183. Quid viore Bulla Gregoriane num.  
185.

Laſe majestatis crimen in personam Principis  
non revelantes, si ad ecclesiam confugiant, illi-  
us immunitate non gaudent, num. 186.  
Rei laſe majestatis in personam Principum in-  
ſeriorum superiorem recognoscuntur, si ad  
ecclesiam confugiant, illius immunitate gau-  
det, nu. 187. & seq. ubi in proposito quis di-  
catur Princeps superior.

Principis quis dicatur, & quis veniat sub nomi-  
ne Principis, numer. 189.

Rei laſe majestatis contra Statum Principis si  
ad ecclesiam confugiant, illius immunitate  
gaudere debent, n. 190.

Reus laſe majestatis non dicitur is, qui offendit  
Principem cui subditus non est, n. 191.

Offendentes consiliarios Principis, confugientes  
ad ecclesiam, illius immunitate gaudere de-  
bet, n. 192.

## CAPUT XIV.

**179** REGULA sit, quod licet circumscripta Bul-  
la Gregorii xiv. Controversia sit inter Do-  
tores: Nunquid reus criminis laſe majestatis  
ad ecclesiam confugiens, illius immunitate non  
gaudet; cum quod gaudere non debet faltim  
de confusione, scriptum reliquerunt Decian.  
in tracta. crim. lib. 6. cap. 28. num. 23. Ubi re-  
lati, & reprobati contrarium tenentibus, ita  
testatur in practica fervari. Gige. Boffi. & Clar.  
in locis per me relatis supra in tit. de carceri-  
bus & carceratis. quaf. 28. num. 72. Azeved. in  
constitut. Hispaniarum lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 9.  
ante med. versic. Neque obſtar. ubi loquitur in  
terminis sue Regiae constitutionis. Alexand.  
Ambrosi. de immunitat. & libertat. ecclesiar.  
c. 9. n. 1. & 2.

**180** Contrarium, quod de jure communi reus laſe  
majestatis humanae gaudere debet immuni-  
tate ecclesie si ad eam confugerit, voluit Joan.  
Guttier. pract. quaf. lib. 4. quaf. 4. n. 3. juncto  
nu. 9. & 17. Ubi reprobatis Boffi. & Clarum di-  
centes in practica contrarium fervari. Villagut.

de extensione legum cap. fina. n. 5. ante finem,  
versic. idem docuit Aegid. Ubi de \* communis  
post Bonacoll. in loco per eum relato.

Hodie tamen haec controversia est sublata per 181  
constitutionem Gregorii xiv. qua statutum est,  
reum laſe majestatis tunc demum ecclesie im-  
munitate gaudere debere, si in personam Prin-  
cipis aliquid machinatus fuerit, ergo secus si  
non in Principis personam. ut per Alex. Am-  
broſin. de immunitate & libertate eccles. c. 9.  
n. 2. vers. sed cum Bulla. & Mar. Ital. de im-  
munitate eccl. libr. i. c. 5. §. 7. in princ. & n. 1.  
& n. 11. in fin. & n. 31.

Et licet laſe majestatis crimen in personam 182  
Principis raro contingere dicatur, non tamen  
per hoc sanctissimum ille Pontifex argui potest,  
ut sepe aliquos sic redargentes audiri, quod  
casum parum Reipublice utilem, & perraro  
contingentem excepterit, contra l. Nam ad ea.  
ff. de legib. Utinam enim, si non in Italia, extra  
Italianam causam ille non femel, sed iterum accidis-  
tur. Beneque propterea, & non parum utiliter  
Pontifex ille fecit ubique locorum condendo  
legem generalem in caſu ſic horrendo, ecclefie  
immunitatem reis prohiberi. tex. enim in d. l.  
nam ad ea. ut ibidem adnotavit glof. fina de-  
claranda eft, ut procedat in caſibus perraro  
contingentibus. Quasi numquam contingenti-  
bus & miraculoſe. Non autem in offendenti-  
bus peronam Principis, quod ut dixi non ſic ra-  
re contingit vidimus.

Prout nec etiam idem Pontifex redargui po- 183  
tet, quod inter caſus exceptos, laſe Majestatis  
reorum, non etiam incluerit offendentes per-  
sonam Regiae, vel Regis filios, cum & haec in  
primo laſe majestatis capite conlineantur. Sic  
enim dicentes intendunt Pontifici legem impo-  
nere, ut illos excipiat caſus, quos ipſi excipi-  
endos putarunt, non considerantes, quod licet &  
Regiam, & filios Regis offendentes, sub primo  
laſe Majestatis capite conlineantur, non tamen  
ſic grave crimen eft, prout eft offendere Prin-  
cipis peronam, & quod efti caſus iſe in con-  
ſtitutione non fit exceptus, non tam abbre-  
viata eft manus Pontificis, quin poſſit extrahe-  
diſtientiam dare, ad ea que dicam infra num.  
346. Sed veritas eft, quod ſic Pontificem redar-  
garantes vellent hoc ſibi licere, abſque Pontificis  
consenſu & permissione.

AMPLIA I. propositam Regulam, ut pro- 184  
cedat in offendentiibus peronam Cardinalium, vel  
Episcoporum, in eos violentias manus inji-  
ciendo, obſidendo, vel inſequendo, qui ad ec-  
clesiam confugientes, illius immunitate non  
gaudent, fecundum Mar. Ital. de immunitat. ec-  
cles. lib. 1. cap. 5. in initio. num. mihi 16. vers.  
ſed propter haec. & verſ. seq. & d. c. 5. §. 7. num.  
21. & seq. Ubi probat Episcopos & Cardinales  
Principes reputari. & eod. c. 5. §. 12. per tot.  
Ubi pluribus rationibus hanc ampliationem  
comprobare nititur, eam declarando quo ad E-  
piscopos, ut intelligatur pro eis tantum qui con-  
ſecrati fuerint, non autem de aliis electis & non  
dum consecratis. & inter alias rationes ea pra-  
fertim ut videtur, quia ſicut ſupra Cardinalem  
offendens laſe majestatis crimen committere  
dici.

## De immunitate Eccles. Appendix.

dicitur, & illius poena tenetur. c. felicis de pa-  
nis in 6. ade tu quo ad Episcopos, licet illos of-  
fendens de jure communi non teneatur forsan  
poena contenta in d.c. felicis ex allegatis per me  
*Supra in tit. de crimine lae[m]a[m]j[est]atis. quæst.*  
*112. num. 131.* et tamen atrocissimum crimen,  
& gravissimi penis coercendum, ut in Clemens-  
tin. si quis s[ecundu]s a d[omi]ni[m]e, de pen[is]. & vigore Bullæ  
in Cœna Domini lecta, etiam Episcopos offendentes  
punitur poena d.c. felicis & sic crimi-  
nis lae[m]a[m]j[est]atis, ut per Navar. manual. con-  
sensus. cap. 27. n. 67. In secunda declara-  
tione.

185 Et quidem hæc ampliatio recte procedere  
potest de jure communi, retenta tamen opinio-  
ne eorum qui committentibus crimen lae[m]a[m]j[est]atis ecclesia immunitatem denegant, de  
quibus dixi *Supra num. 180.* Verum ac idem  
sit vigore constitutionis Gregorii xiv, dubitan-  
dum videtur, quia eadem constitutio videtur  
restricta ad eos qui fuerint rei lae[m]a[m]j[est]atis  
in personam ipsiusmet Principis, offendentes autem Cardinales seu Episcopos non dicuntur  
offendere personam Pontificis. Et licet Episco-  
pi & Cardinales possint Principes nuncupari,  
non tamen proprie Principes sunt, illi præterim  
qui superiorem non habent, & de quibus pro-  
prie constitutio loquitur, prout dicam *infra*.

185. Et in specie advertit idem Mar. Ital. c. 5.  
§. 7. n. 29. & 30. Bene verum crederem, quod in contingentia casu, quem Deus avertat, tene-  
tur Episcopus seu pastor ecclesia hinc sicut ad ec-  
clesiam confugientem bene custodiare, & Papam  
illuc certiorare, & de ejus licentia extrahere,  
juxta ea que dicam *infra* n. 346. & si aliter fa-  
ceret male faceret, & ni fallor reprehensione &  
punitione dignus esset.

186 AMPLIA II. Ut ecclesia immunitate gau-  
dere non debant non solum rei lae[m]a[m]j[est]atis  
principales in personam ipsiusmet Principis,  
prout loquitur constitutio Gregorii xiv, sed etiam  
scientes machinationem contra Principis  
personam factam, & illam non revelantes, ut in  
terminis declarat Mar. Ital. de immunitate eccles.  
lib. 1. c. 5. §. 7. num. 52. ea motu ratione quia  
scilicet scientes, & non revelantes machinationem  
contra Principeum suum, poena criminis lae[m]a[m]j[est]atis tenetur. ex Gabriel. Clar. & aliis  
pluribus ibi per eum allegatis, quibus adeo, &  
vide quæ dixi *Supra in tit. de indic. & torur.*  
quest. 51. n. 71. & seqq.

187 LIMITA I. Eandem regulam procedere in  
reis lae[m]a[m]j[est]atis in personam Principum su-  
periorum, alium superiorem non recognoscen-  
tium, legique condenda potestem habentium,  
prout est summus Pontifex, Imperator, &  
Rex, quos ecclesiastum immunitate minime gau-  
dere dubitandum non est, prout in specie adno-  
tavit Mar. Ital. de immunitate eccles. lib. 1. c. 5. §.  
7. n. 11. & seqq. & n. 23. & seqq. Secus in of-  
fendentibus personam aliquius alterius Principis  
inferioris, superiorem recognoscens, qui pro-  
peccata Principes non dicuntur, & propterea ad  
ecclesiastum confugientes, illius immunitate gau-

dere debent, ut plene per eundem Ital. d. c. 6. §.  
7. n. 29. & seqq. & n. 36. verf. Hoc autem, ubi  
ampliat etiam, quod licet iste inferior Princeps  
Principatus titulo sit insignitus, non per hoc ve-  
re Princeps dicitur, sed dicitur Princeps minoris  
potentiae, ut ibi per eum. & numer. 38. &  
seqq. pariter ampliat in persona Proregis, qui ad  
electum de quo agitur si offendatur, offendens  
vigore constitutionis praeditæ ecclesiæ immu-  
nitatem non erit privatus.

Bene verum est, quod in proposito superior 182  
Princeps eam dicetur ille in quo supremus  
Princeps omnem quam habebat, transfluit pot-  
estem, qui cum loco Principis habendi sint,  
& in eis proprio committit crimen lae[m]a[m]j[est]atis,  
secircum offendentes eorum personas, si ad ecclesiastum confugiant illius immunitate non  
gaudent, ut per eundem Italiæ. d. c. 6. §. 7. n.  
18. & seqq. Ubi ponit exemplum in Duce Flo-  
rentie, Républica Venetiæ, Janur, Magno  
Magistro equitum Hierosolymitarum. & n. 33.  
& seqq. Ubi ponit exemplum in Duce Sabau-  
die. Nec dissentit Alex. Ambro. de immunit.  
& libert. Eccles. c. 9. n. 5. Et vide quæ dixi in tit.  
de crimine lae[m]a[m]j[est]atis. quæst. 112. n. 176. & seqq.  
Ubi late explicavi, an & quando crimen lae[m]a[m]j[est]atis  
committi dicatur contra Principes  
inferiores.

Princeps autem quis dicatur, & quotuplex sit 189  
Princeps, & quinam veniant sub nomine Princeps, vide Ital. de immunit. eccles. lib. 1. c. 5. §.  
7. n. 11. & seqq. pluribus, ubi late.

LIMITA II. ut eadem Gregorii constit. 190  
excipiens ab immunitate ecclesiastum reos lae[m]a[m]j[est]atis  
in persona ipsiusmet Principis, non  
extenditur ad delinquentes contra statum Principis.  
Differunt enim hac inter se, delinquere  
in personam Principis, & delinquere contra il-  
lius statum. & in d. constitutione sunt posita tan-  
quam diversa, licet forsan quo ad poenam non  
sint diversa, secundum Mar. Ital. in tract. de  
immunit. eccles. 1. c. 5. §. 7. n. 45. & seqq.

LIMITA III. ut eadem Regula non proce- 191  
dat, quando lae[m]a[m]j[est]atis crimen in personam  
Principis committitur ab eo qui illi subditus  
non est ratione originis, vel domicilli. Cum  
enim tunc proprie lae[m]a[m]j[est]atis crimen com-  
mittere non dicatur, ut late dixi *Supra in tit.*  
*de crimine lae[m]a[m]j[est]atis. quæst. 112. num. 240.* &  
seqq. Hoc ideo si ad ecclesiastum confugiat, illius  
immunitate gaudere debet, nec ad illum ex-  
tenditur constitutio Gregorii xiv. ut per Alex.  
Ambro. de immunit. & libert. eccles. c. 9. n. 6.  
& per Mar. Ital. in eod. tract. lib. 1. c. 5. §. 7. n.  
48. & seqq.

LIMITA IV. In offendendo consiliarios 192  
Principis, licet enim ut suo loco dixi, sic Principis consiliarios offendentes crim. lae[m]a[m]j[est]atis  
committat; nos tamen per hoc si ad ecclesiastum  
confugiat, illius immunitate privabitur vigore  
constitutionis Gregorii xiv. queat *Supra* si p[ro]p[ri]o  
dixi, non loquitur nisi de reis lae[m]a[m]j[est]atis in  
personam ipsiusmet Principis, & in specie voluit  
Alexander Ambrosius, de immunitate & liber-  
tate ecclesiastum, cap. 9. num. 7.

D d 2

ARGU-

Fugiens fracto carcere an gaudeat immunitate ecclesiae.

## S U M M A R I U M .

*Frangens Carceres si ad Ecclesiam confugiat, illius immunitate gaudere debet, num. 193.*  
*Fugiens Curiam cum insequentem, si ad ecclesiam confugiat, illius immunitate gaudere debet, numer. 194. licet alii contra, num. 195.*

*Captus à Birruariis, & ab illis se eximens, si ad Ecclesiam confugiat, illius immunitate gaudere debet, n. 196.*

*Condemnatus si ad patibulum ducatur, & fugiens se retraxerit in ecclesia, illius immunitate gaudet, n. 197.*

*Carceratus a custode relaxatus sub fide, & juramento de redendo, si non rediens ad Ecclesiam confugiat illius immunitate gaudere debet, n. 198. Declara si carcerato fuit iniusta, secus si justa, n. 199. contra declarationem, n. 200.*

*Captus à Birruariis extra ecclesiam ad carcera ducitur per ecclesiam, illius immunitate gaudere non debet, nu. 201. contra, n. 202. distingue, ut rwm. 203.*

*Carceratus pro crimen excepto, si carceres frangens ad ecclesiam confugiat, illius immunitate gaudere non debet, n. 204.*

## C A P U T X V .

193 REGULA sit, quod frangens carceres, & inde ad ecclesiam confugiens, illius immunitate gaudet, & inde invitus extrahi non potest. Boer. *decis. 110. nu. 8. & 9.* ubi sicut multa in contrarium adducatur, ita tamen apud eum iudicatum fuisse testatur. Decian. *in tract. crimin. lib. 6. cap. 28.* ubi in hac sententia resiliere videtur, licet contrarium tacite sentiat communem, ex Cassian. *in loco per eum relat.* Navat. *in manual. confessar. c. 25. num. 19. versic.* Et etiam qui violato carcere confugit. Alberic. *Boer. Praepof. Aufter. & Covart. in locis per me relatis supra in tit. de carceribus, & carceratis. quaf. 28. num. 43.* quibus addo Anatal. *Geron. de sacrorum immunitate. lib. 3. cap. 16. num. 77.* Francisc. Suarez. *de stat. Religionis. libr. 3. cap. 11. numero 18. & 19.* ubi proponit contrarias rationes, & illis respondet. Cardinal. Tusch. *practicar. conclus. in verbo ecclesia conclus. 10. num. 30.* Villagut. *de extenso legum. cap. fina. num. 41.* Alexander Ambrofin. *de immunit. & libertat. eccles. cap. 10. num. 11.* Et ab ista conclusione, que ut vides communiter recepta est, in confundendo & judicando non recedas, quamvis contrarium scriperit Petr. Gregor. *synagm. juris. lib. 33. c. 22. n. 2. vers. Non effractores carcerum.*

194 AMPLIA I. In eo, qui à Curia inleucus fugiens in ecclesiam se retraxit. Is enim non potest invitus extrahi. Decian. *in tracta. crimin.*

*lib. 6. cap. 38. n. 31. vers. attamen contraria opinio, ubi alii relatis discordantibus, & reprobatis \* contrarium tenentibus, hanc sententiam veriorem, communem, & in practica observatam dixit Navat. in manual. confessar. c. 25. nu. 19. vers. & à fortiori. Roderic. Suarez. in sua declaratione ad l. 11. *foro legum. lib. 3. n. 3.* ubi testatur de veriori & practicata opinione. Bal. Roman. Alex. Jaf. Henric. Boic. Cassian. Jo. Lup. Isenme. Covar. Gigant. Boss. Remig. & Clar. *in locis per me relatis supra in tit. de carceribus, & carceratis. q. 21. n. 55.* ubi relatis, & reprobatis contrarium tenentibus, hanc veriorem \* communiores, & practicatas sententiam testatus fui. Quibus addo Jo. Guttier. *pract. quasi. civil. lib. 3. q. 6. n. 6.* ubi alii relatis hanc sententiam veriorem magis communem, & servatam testatur. Anatal. *Geron. de Sacror. immunitate lib. 2. c. 16. n. 75.* Azeved. in *conf. Hispan. lib. 1. tit. 2. l. 3. n. 1.* & seqq. ubi pluribus hanc probata sententiam, proponit contraria, & illis respondet. Card. Tusch. *practicar. conclus. in verbo Ecclesia. conclus. 10. n. 29.* Alex. Ambr. *c. de immunit. eccles. c. 10. n. 13. vers.* Nec non delinquens. Villagut. *de extenso legum. c. final. nu. 39.* ubi loquitur etiam in exceptis ( sed hoc ultimum est falsum, ut infra dicam) Mar. Ital. *de immunit. ecclesiar. lib. 1. cap. 6. §. 2. nu. 62.* & seqq. ubi pluribus hanc probata sententiam proponit contrarium tenentes, illos repellit, & eorum rationibus responderet.*

Quamvis contrarium fvaderi videatur ex ali 195 legis partem Boer. *decis. 110. num. 8.* & per Decian. *in tracta. crimin. libr. 6. cap. 28. numer. 31.* in princip. & voluerit etiam Petr. Gregor. *synagm. juris. lib. 33. cap. 22. n. 22. in fine.*

defensionem: prout in casu relato, per Joseph.  
Sesse. in d. decisi. 141. in quo ad favorem  
immunitatis ecclesia judicatum fuisse testatur.  
Tunc enim indubitanter crederem eum immu-  
nitate ecclesie gaudere debet, cum deficere  
animus offendendi, & violandi ipsam ecclae-  
siam.
- 241 Bene verum est, quod in dubio præsumitur  
quem in ecclesia sub spe impunitatis delinquisse,  
nisi contrarium probetur. secundum Hoffien in  
e. fina. numer. 2. de immunitate ecclesiærum.  
Ubi amplius, quod hæc est præsumptio juris &  
de jure. Subdit tamen, quod recipit probatio-  
nem in contrarium (quod ultimum apud me  
est indubitabile, quia præsumptio juris, & de ju-  
re non admittit probationem in contrarium.) &  
ibi etiam Joan. Andr. num. 2. in verbo nullati-  
tenuis. Ancharan. nu. 3. vers. quero dicunt hic.  
Anton. de Butr. num. 4. *vers.* *Dic. quod in du-*  
*bio. & Card. Zabarel. colum. 2. in 3. quæsti.*  
*vers.* *dicit Hoffien. & col. 2. in fine.* Turre-  
cram. in e. diffinivit. n. 2. *vers.* secundus ej. 17.  
quæst. 4. Sivefrin. in summa, in verbo *Immuni-*  
*tatis*. n. 2. *vers.* tertium ej. corum. S. Antonin.  
in summa. par. 3. tit. 12. c. 5. §. 1. *vers.* item si  
quis in ecclesia. Roffel. in verbo *Emunitas*. il  
secondo. n. 1. Bajar. ad Clar. quæst. 30. num. 20.  
Joan. Guttier. practicar. quæst. lib. 3. quæst. 1.  
\* numer. 8. ubi alii relatis hanc dicit \* communi-  
nam, immo omnium Doctribus suffultam op-  
inionem, prefertim ex Villalob. in *commun. opin.*  
litera. 1. num. 19. & quod ab hac communione  
opinione, quam testatur se viduisse practicari, &  
est ecclesie favorabilis, in iudicando, & confu-  
lendo, minime recedendum esse, proponit con-  
traria, & illis respondet. Azeved. in *constitut.*  
Hispan. lib. 1. tit. 2. l. 3. n. 25. Joan. Azor. In-  
stitut. moral. par. 2. lib. 9. c. 9. sub 9. quæst.
- 242 Quamvis contrarium, quod in dubio delin-  
quens in ecclesia, non præsumitur delinquere  
sub spe immunitatis ecclesie, suaderi videatur
- ex traditis per eundem Joan. Guttier. practi-  
car. quæst. lib. 3. d. quæst. 1. num. 1. & seqq.
- Delinquens autem extra eccleiam sub spe<sup>243</sup>  
immunitatis ecclesiæ, si flatim post delictum ad  
ecclesiam confugiat, potest inde invitus extra-  
hi, secundum Alciat, qui pluribus hanc probat  
sententiam de *presumptionib. reg. 3. præsumpt.*  
33. num. 5. & seqq. ubi ita confuetudine pluri-  
morum locorum, & in tota Italia servari testa-  
tur ex Guido Pap. & Papien. in tract. in locis  
ibi per eum relatis. Nec dissentire videatur  
Andri. Fachin. in loco per me relatis supra in  
tit. de *carceribus & carcerali*. quæst. 28. n. 56.  
in fine. Card. Tusch. practicar. conclusi. in ver-  
bo Ecclesia. concl. 11. n. 13. & 14.
- Contrarium, quod immo delinquens extra<sup>244</sup>  
ecclesiam sub spe confugendi ad eam, si confu-  
get, gaudeat illius immunitate, voluit Ange-  
lic. in summa in verbo *Immunitas*. numer. 17.  
*vers.* *fucus si committeret extra eccleiam.* Sil-  
vestrin. in eod. verbo *Immunitas*, il terzo. nu-  
mero 2. *vers.* qui etiam sub predicta spe. Tha-  
bien. in eodem verbo *Immunitas* numero deci-  
mo. *vers.* tertium genus ej. Armil. in verbo  
*Emunitas*. numero duodecimo. *vers.* fucus si  
extra ecclesiam. Bellamer. consil. 13. numero  
primo. & seq. ubi pluribus hanc probat senten-  
tiam. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 28.  
numer. 5. *vers.* ex quo infero ubi in specie re-  
spondet rationibus Alciati contrarium tenen-  
tis in loco *præallegato*. Card. Tusch. pract. con-  
clusi. in verbo Ecclesia. concl. 11. n. 49.
- Et hæc contraria opinio ampliatur, ut pro<sup>245</sup>  
cedat etiam in eo, qui fugitius in ecclesia ob  
aliiquid delictum, ex ea egredens aliud extra  
ecclesiam committat, & deinde ad eandem ec-  
clesiam redeat. Is enim licet delictum extra ec-  
clesiam committile videatur sub spe immunitatis  
ecclesiæ, & animo redeundi ad eam, prout  
redit, quia tamen rediens poterat à seculari fa-  
milia capi, iecirco polliquam redit, turus est  
in ecclesia. nisi forsitan prope ecclesiam deliquis-  
set, quia tunc cum delinquere præsumatur, ut  
secure flatim se possit in ecclesiam recipere, hoc  
ideo in ecclesia turus non est, secundum Joan.  
Guttier. practicar. quæst. lib. 3. quæst. 1. nu-  
mer. 3. & ante eum Azeved. in *constitut.* Hispan.  
lib. 1. tit. 2. l. 3. nu. 27. in fine *vers.* viditamen  
in hac materia. & n. 28.
- LIMITA II. eandem regulam in configu-<sup>246</sup>  
ente ad ecclesiam armato. Is enim, quod illius  
immunitate non gaudeat, & quod invitus extrahi  
possit, post Rebuff. in loco per eum relatis  
voluerunt Decianus in tract. crimin. lib.  
6. c. 26. n. 10. & lib. 8. cap. 3. n. 30. & 51. Covarr.  
& Plach. in locis per me relatis in tit. de *carce-*  
*ribus & carcerali*. quæst. 28. n. 64. & seqq.
- Contrarium, quod sic ad ecclesiam configui-<sup>247</sup>  
ens armatus, illius immunitate gaudere debet,  
de confuetudine servari, testatur idem Decian.  
in tract. crimin. libr. 6. c. 26. n. 10. in fine. &  
cap. 28. n. 5. ad finem *vers.* ex istis etiam. Et  
hanc contrarium opinionem ut veriorem se-  
quatus fui supra in tit. de *carceribus & carce-*  
*rali*. quæst. 28. nu. 66. ubi licet primam o-  
pinionem posse procedere affirmaverim in de-  
seren.

ferente in ecclesia arma prohibita sub pena capitali, prout sunt prohibita archibuseta ab Apostolicis constitutionibus, & non sine ratione, quia vigore earundem Constitutionum sic talia arma deferentes incurruunt crimen laesa maiestatis & illius paenam; Hodie tamen vigore Constitutionis Gregorii xiv, etiam deferentes pradiuum armorum genus in ecclesia tutos esse crediderim. Cum ex eadem Constitutione non simpliciter crimen laesa maiestatis excipiat, sed illud tantum, quod in perfanson Principis commissum fuerit, quod minime commissum dici potest ab eo, qui defert arma prohibita, etiam sub pena capitali, ad qua vide bene comprobantem Alexan. Ambrös. de immunitate, & libert. eccl. cap. 5. nu. 5. Quid de servo ad ecclesiam armato configiente, dixi supra num. 76.

248 Bene verum est, quod configienti ad ecclesiam cum armis, auferunt sunt arma quae gerit, ut per Covarr. & Foller. in locis allegatis per Bajard. ad Clar. quaf. 50. num. 4. & facit tex. in. pateat. s. arma. & in. s. vero. C. de his, qui ad ecclesiam configunt. Sed istorum opinio posset procedere de iure civili, non autem de iure canonico, quod ut supra dixi num. 27. in hac materia attendendum est, cum ex capitulo primo, extra de immunitate ecclesiastiarum; & inc. 2. eodem tit. in 6. expresse prohibetur judicibus secularibus aliquam jurisdictionem in ecclesia exercere.

249 LIMITA III. Ut tunc denum immunitate ecclesie non gaudet, qui in ecclesia membrum mutilat, quando vere & proprie mutilat, hoc est abscedit, fecus si tantum vulnerando debilitat. Sic & quando mutilat membrum, illud scilicet cuius proprio officio corpus moveratur aut juvatur, prout sunt oculi, pedes, aures, narres, manus, & lingua, fecus si mucilaginem membrum non proprius sic dictum, prout sunt digitii, dentes, barba, mamilla, & his similiis de quibus omnibus late discutit in proposito Mar. Ital. de immunit. eccl. lib. 1. c. 5. §. 3. nu. 8. & seqq. usque ad nu. 18. quem bene declarante videas in hac materia, & præcipue, An membris appellatione veniat in proposito membrum aridum, & inutile, de qua re vide etiam quae dixi in materia irregularitatis infra in fragmentis criminalibus in verbo Irregularitas. num. 581. & seqq.

250 LIMITA IV. Ut delinquens in ecclesia, si delictum fuerit leve, gaudeat illius immunitate, & propterea ex ea invitus extrahi non possit. Angelic. in summa in verbo Immunitas. n. 27. ante finem. verfe. Secus effet in nos enoribus. Silvestr. in eodem verbo Immunitas. il terzo. nu. 2. verf. & tunc. Tabiem. in eodem verbo Immunitas. n. 10. verf. & licet loquatur. Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 28. n. 9. in fine. verf. illud tamen etiam tenendum. Henric. Boyc. Aufret. Ang. de Castro. Covar. Roman. & Mandof. in locis per me relatis supra in tit. de carcerebus, & carcera. quaf. 28. n. 63. Aenataf. Germon. de Sacrorum immunitate. lib. 3. c. 16. nu. 81. Azzeved. in Constitut. Hispan. lib. 1. tit. 2. l. 3. n. 24. Ubi ampliat, etiam quod

leve delictum in ecclesia commissum, ex proposto & veteri odio fuisse commissum, reprobatto Villalob. in loco per eum relato contrarium tenente. Card. Tusch. practicar. conclus. in verbo ecclesia. conclus. 11. n. 23. Joan. Azor. ins. moral. par. 2. libr. 9. c. 9. quaf. 9. verf. Secus, &c. Et hac limitatio vigore Constitutionis Gregorii xiv. nullam habet dubitationem, cum eadem Bulla inter casus exceptos non nisi homicidium in ecclesia commissum, seu membris mutilationem, includat.

### ARGUMENTUM.

Ad quæ loca ecclesiastarum immunitas quo ad effugientes ad eam extenderatur.

### SUMMARIUM.

Configiuntur ad loca sacra, seu religiosa, tutus est ac si ad ecclesiam configiesset, num. 251. seq. ubi etiam quae dicantur loca sacra, & religiosa.

Ecclesia non Parochialis, in qua non servatur Sanctissima Eucharistia, non gaudet immunitate ecclesie, num. 253. Contrarium verius, n. 254.

Ecclesia non consecrata auctoritate tamen Episcopi fundata, gaudet immunitate, num. 255. Licet alii contra, nu. 256. & quid si in ecclesia non consecrata divina officia non celebrantur, n. 257. & 258.

Ecclesia interdicta gaudet ecclesie immunitate, n. 259.

Configiuntur ad ecclesiam dirutam, & destruam, gaudet immunitate, num. 260.

Configiuntur ad ecclesiam adhuc non perfecte constructam, & in esse productam, gaudet immunitate ecclesie, n. 261.

Configiuntur ad cameterium ecclesie, gaudet illius immunitate, n. 262. Limita, dummodo cameterium sit contiguum, & conjunctum cum ecclesia, fecus si separatum, n. 263. Contra, n. 264.

Configiuntur ad hospitale invitum inde extrahere non possit, nu. 265. Limita, dummodo fuerit fundatum auctoritate Episcopi, aliter fecus.

Ecclesia diruta, & destruenda gaudet immunitate, nu. 266. idem de ecclesia non perfecte constructa, n. 261.

Cameterium gaudet immunitate ecclesie, num. 262. Limita, dummodo sit conjunctum cum ecclesia, aliter fecus, num. 265. contra, n. 264.

Hospitale gaudet immunitate ecclesie si fuerit constructum auctoritate Episcopi; aliter fecus, n. 265. & seq.

Oratorium gaudet immunitate ecclesie, si auctoritate episcopi constructum fuerit, fecus si privatum, & privata auctoritate fabricatum, n. 267.

Ecclesia Atrium, Claustrum, Porticus, Ambitus;

Dor-

## De immunitate Eccles.

51

- Dormitorium, Septa, & tota fabrica gaudet immunitate, n. 268.  
 Domus, seu palatum Episcopi, gaudet immunitate ecclesie, nu. 269. Declarata ut n. 270.  
 & seqq.  
 Domus, seu palatia Cardinalium, nunquid gaudent immunitate ecclesiastarum, n. 274.  
 Confugiens ad sacerdotem portantem Sanctissimum Eucharistia Sacramentum, ab eo invitus eveli non potest, n. 275. Declarata, ut n. 276.  
 Principatus statua nunquid gaudent immunitate ecclesiastarum, n. 277. & seq.  
 Janua ecclesie nunquid gaudet immunitate, n. 279. & seq. ubi de statis ecclesie. Declarata, ut n. 281.  
 Ecclesia tecum nunquid gaudet illius immunitate, & sic ad tecum confugiens, nunquid inde extrahi possit, nu. 282.

## CAPUT XVII.

**R**EGULA sit, quod confugiens ad loca sacra, seu religiosa, inde extrahi non potest. Archid. in c. difficultate. num. 1. vers. in loco sancto. 17. quae. 4. ubi de confugientibus ad domum religiosam, & ibi etiam Bellamer. col. 1. in cod. versi. in loco sancto. Decian. in tracta crimin. libr. 6. cap. 2. num. 32. ubi de confugientibus ad domos religiosas, & pia loca, quod gaudent privilegio immunitatis, etiam quod dicta domus, & loca pia non sint sacra, secundum Paul. de Castr. Ang. Panormit. & Felin. in locis per eum relativi. & num. 33. ubi idem dicit de sacris, seu sacraulis, in quibus sacre res servantur, licet non sint sacrae.

**251** Que autem dicunt loca sacra, & religiosa, bene declarant Decian. in tracta crimin. libr. 6. cap. 24. n. 21. & seqq. ubi etiam ponit differentiam inter loca sacra, & loca religiosa, dixi supra in tit. de furtis. quest. 172. nu. 43. & seqq. Quibus addo Navar. in manual. confessar. cap. 25. num. 17. vers. primum per locum sacrum, ubi dixit, quod ad effectum immunitatis de qua agitur, locus facer intelligitur qualibet ecclesia, capella, basilica, oratorium, non tamen in dominibus privatis, cemitorium, & quodlibet aliud factulum pro Missa dicenda, Episcopali auctoritate constructum. Mar. Ital. de immunitate eccles. libr. 1. cap. 4. §. 5. ubi late declarat, qui dicatur locus religiosus. & n. 7. declarat locum religiosum ad effectum de quo agitur, reputari etiam domos clericorum secularium ad instar religiosorum in communis viventium, prout sunt patres Congregationis Oratorii B. Philippi Neri, & alii similes. Francise. Leon. in suo thesauro fori ecclesiastici par. 1. cap. 13. num. 8. ubi inter loca religiosa connumerat domum Piam, Seminaria puerorum, Domus Mulierum convertitarum, & alias similes. Apostolica, vel Ordinaria auctoritate erectas. Genuen. in sua praxi Archiepiscopali. cap. 22. pos. nu. 10. ubi restatur, Neapol. cuius restitutum quendam homicidium, qui confugerat ad dominum furni Seminariorum, & ad furnum se contulerat ingrediens per januam magnam dictam domum, quae est à

parte viae publicae, & non à parte Seminarii, quia negari non poterat, quin dicta domus esset Seminarii, & sic loci pii, quamvis per illam portant pueri non ingredierentur. Quibus additae capellam, sive oratorium in propugnaculo, vel fortalito constructum, quamvis non consecratum, quia obsequiis divinis dedicata nullius sunt temeraris aulibus profananda, cap. penultimo de immunitate ecclesie, in oratoriis enim huiusmodi non solum missæ saepissime celebrabantur, sed etiam ecclesiastica sacra de licentia Ordinario locorum administrantur. Et in proposito vide Constitutionem Gregorii xiv. ubi ad effectum immunitatis de qua agitur, loca sacra, & religiosa reputat ecclesias, monasteria, facellos, domus, regularium, & secularium, & hujus constitutionis verba refert Mar. Ital. ubi supra lib. 1. c. 4 in initio. vers. Primum ergo.

**A**MPLIA I. Propositum regulum in consu-  
giente ad ecclesiam non parochialem, in qua sanctissima Eucharistia ad publicam veneratio-  
nem & adorationem continuo non affervantur,  
licet in eis, quod ad eam confugiens illius immunitate non gaudet, voluerint Covari. variar. resolut. lib. 2. cap. 20. num. 4. quem in proposito refert Anatol. Germonius de facrorum immunitate. lib. 2. cap. 16. num. 26. Cardinal. Tutch practicar. conclus. in verbo ecclesie. conclus. 9. num. 16. Ubi pariter ex lato quem sic allegat in §. fina. quest. 30. vers. Scias autem. & num. 30. vers. Huiusmodi autem, dixit, in pluribus locis de confutidine servatur, quod solum ecclesie, in quibus sanctissimum eucharistie Sacramentum conservatur, gaudent immunitatis privilegio, de quo confutidine etiam aliquid dixi supra in tit. de carceribus & carceratis. quest. 28. n. 34.

Verius tamen esse puto, quod immo confu-  
giens ad ecclesiam non parochialem, & in qua sanctissima Eucharistia non servatur, tatus in ea sit, nec inde invitius extrahi possit, ex his que dixi dicta quest. 28. ed. num. 34. Ubi in specie probavi, etiam ecclesiam non consecratam gaudere debere hac immunitate, de quo in specie dixi in sequenti ampliatione. & inde sequitur, quod si ecclesia non consecrata, hac immunitate gaudet, & tamen in ea non adhuc conservatur sanctissima Eucharistia, multo magis gaudere debet ecclesia consecrata, non parochialis, licet in ea eadem sanctissima eucharistia non conservetur. Prout & ni fallor verius defendit Mar. Ital. de immunitate ecclesiar. lib. 1. c. 4. §. 3. numero 1. & seqq. usque ad num. 7.

**A**MPLIA II. Etiam in confugiente ad ec-  
clesiam non consecratam, auctoritate tamen Epi-  
scopici edificatum. Is enim gaudet illius immunitate, tex. est in c. Ecclesia extra de immunitate ecclesiar. ubi ad literam dicitur: ecclesia in qua divine mysteria celebrantur licet adhuc non existent consecrata, nullo jure privilegium immunitatis admittitur, quia obsequiis divini dedicata nullius est temerarius aulibus profananda, & ibi hoc adnotarum. Glos. in verbo admittitur. Hostien. ante num. 1. in eodem verbo admittitur. Joan. Ande. n. 1. Anchiar. in sumario. & in primo notab. Anton. de Butr. in

E 2

sum-

summario. Abb. n. 1. & seqq. Cardinal. Zabarell in princ. & Joan. de Anan. n. 1. Innoc. in cap. inter alia col. 1. in verbo ad ecclesiam. extra de immunitate ecclesiarum. & ibi etiam Hoftien. ante num. primam in eodem verbo ad ecclesiam. Card. Zabarell. n. 4. vers. Tertio quarto. Turrecrem. in cap. si quis in atrio. n. 3. in 2. quasf. 1. quasf. 4. Archidiac. in c. frater. n. 5. vers. Et nota quod privilegium immunitatis. eadem causa. & questione. & ibi etiam Bellamer. n. 4. Anchar. in c. 1. n. 4. in fine. de pa-  
nitentia. & remissione. Joan. de Imol. nu. 8. Card. Zabarell. n. 4. vers. sed primo videndum & Bonifac. de Vitalin. n. 73. Goffred. in summa rubr. de immunitate ecclesiarum. n. 13. Hoftien. in eadem summa. 10. in fine. vers. Quid si ecclesia non est consecrata. Angel. in summa in verbo immunitas. n. 2. Silvestrin. in eodem verbo immunitas. il primo. n. 1. & iterum in eodem verbo immunitas. il tertio. n. 1. vers. Edico. Thabien. in eodem verbo immunitas. n. 1. Armilli. in verbo emunitas. n. 19. S. Antoninus in summa par. 3. tit. 12. c. 3. in princ. vers. ecclesia non solum consecrata. Roselli. in verbo emunitas. il primo. vers. Utrum ecclesia non consecrata. Cardin. Zabarell. conf. 13. n. 1. & 2. Decian. in tracta. crimin. libro sexto cap. 24. num. 24. in fine. vers. Adverte tamen. ubi \*hanc opinionem \*communem. & a confutendi receptam testatur. licet ut mox eum refutem contrarium verius credat. Addo ad comprobationem hujus conclusiois Hoftien. Joan. Andr. Cardinal. Henric. Boyc. Remig. Covar. Clar. & Bonacossi. in locis per me relativi supra in tit. de carceribus & carceratis. quasf. 25. numer. 34. Anatolius Germon. de sacrar. immunit. lib. 3. cap. 16. nu. 22. in fine. vers. His opportune. & numer. 2. & seqq. Cardin. Tusch. practicar. conclus. in verbo ecclesia. conclus. 9. + numer. 12. Ubi si commun. & in verbis im-  
munitas. conclus. 59. numer. 3. in fine. Joan. A-  
zor. Inffit. moral. par. 2. libro 9. cap. 8. quasf. 1. Franciscus Suarez de statu Religiosum lib. 3. cap. 3. numero primo. vers. Inmo etiam si proprie-  
conferente non sit. Alexand. Ambronus. de im-  
munit. & libertat. eccles. cap. 10. num. 2. Fran-  
ciscus. Leon. in Thesaur. fori Ecclesiastici par. 1. cap. 13. num. 7. Mar. Ital. de immunit. eccles. lib. 1. c. 4. §. 3. num. 12.

256 Quamvis contrarium. quod ecclesia non con-  
secrata non gaudent immunitate ecclesie. voluerit Decian. in tracta. crimin. lib. 6. c. 24. vers.  
Quod tamen ego verum non puto. ea ratione  
motus. quia sacrificium nunquam committitur  
in loco non consecrato.

257 LIMITA hanc II. Ampliationem procede-  
re. dummodo in ecclesia non consecrata. divina  
officia celebrentur. alias secus. sumptu argumen-  
to a contrario sensu ex dicto cap. ecclesie de im-  
munitate ecclesiarum in illis verbis: in qua di-  
vina mysteria celebrantur. & ibi hoc adnotau-  
runt. glos. in verbo celebrantur. Anton. de  
Butt. numer. 2. & 3. Cardinal. Zabarell.  
vers. Quero si in ecclesia. Innoc. in cap. in-  
ter alia. colum. 1. in verbo ad ecclesiam.  
extra de immunit. eccles. Ubi etiam testa-

tur ita se habere consuetudinem. quia quia-  
pia est. obseruanda est. & ibi etiam Hoftien.  
ante numer. 1. in dicto verbo ad ecclesiam.  
Decian. in tracta. crimin. libr. 6. cap. 24. numer.  
24. vers. Conciliando tamen opiniones. Alex.  
Ambrofin. de immunitate & libertat. eccles. c.  
10. num. 2. vers. Quod praecepit verum est.  
ubi refert & sequitur Decian. in loco prae-  
dicto.

Contrarium. quod confugiens ad ecclesiam 258  
non consecratam illius immunitate gaudeat.  
etiam quod non adhuc in eius divina officia ce-  
lebrata fuerint. dummodo Pontificis auctoritate  
canonica interveniente. & primarium la-  
pidem ponente. construenda fuerit. voluerunt.  
in d.c. ecclesie de immunitate ecclesiarum. Hoftien.  
ante num. 1. in verbo celebrantur. & in  
verbo dicata. ea nempe ratione. quia in illo  
textu non tantum consideranda est celebratio  
divinorum. quantum dedicatio eo som-  
melniter facta. & quod illa verba in qua my-  
steria celebrantur. interpretanda sunt. id est  
celebrari possunt cum ad id ecclesia apta sit. &  
ibidem Joan. Andr. num. 4. vers. in glos.  
Ancharen. num. 4. Anton. de Butt. nu. 6. Abb.  
n. 5. & 6. & Joan. de Anan. n. 3. in fine. Joan.  
de Imol. in Clem. 1. n. 8. de pa-  
nitentia. & remissione. & ibi etiam Bonifac. de Vitalin. n.  
75. Addo ad comprobationem hujus conclusio-  
nis Hoftien. Joan. Andr. Card. Henric. Boyc.  
Remig. Covar. Clar. & Bonacossi. in locis per  
me relativi supra in tit. de carceribus & carceratis.  
quasf. 28. num. 34. Quibus addo Anafalas.  
Germon. de sacrar. immunit. libr. 3. cap. 16. n.  
23. & seqq. Ubi testatur de commun. Docto-  
rum opinione. Subdit tamen & ipsi ex Docto-  
rum ibi per eum relativi. in hac re plurimum  
valere consuetudinem. Card. Tusch. praef. con-  
clus. in verbo ecclesia. conclus. 9. num. 12. Ubi  
de commun. Joan. Azor. Inffit. moral. par.  
2. libro 9. num. 2. & seq. usque ad num. 6.  
Villagut. de extensione legum. c. fina. n. 18. &  
seqg. usque ad num. 27. Ubi pluribus hanc pro-  
bat cum lutionem. Marius Italia. de immunitat.  
eccles. lib. 1. c. 4. §. 3. n. 14.

AMPLIA III. In confugiente ad ecclesiam 259  
etiam interdicitam. Is enim quod illius immu-  
nitate gaudeat. voluerunt Hoftien. in ecclesia.  
num. 3. vers. sed nunquid ecclesia interdicitam.  
de immunitate ecclesiarum. & ibi etiam Joan.  
Andr. num. 2. Ancharen. num. 3. Abb. num. 8.  
vers. Tertio quarto. Cardinal Zabarell. in ver-  
bo quarto. & Joan. de Anan. num. 3. Turre-  
crem. in c. si quis in atrio. num. 5. in 4. quasf.  
17. quasf. 4. Archidiac. in c. frater. n. 5. vers.  
item & privilegium immunitatis. ead. causa.  
& quasf. & ibi etiam Bellamer. n. 2. Anchar.  
in Clem. 1. num. 4. in fine vers. & est hoc verum.  
de pa-  
nitentia. & remissione. & ibi etiam Joan.  
de Imol. sub num. 8. Cardin. Zabarell. num. 4.  
in fine vers. etiam si ecclesia sit interdicitam. &  
Bonifac. de Vitalin. num. 75. Goffred. in sum-  
ma rubr. de immunit. Eccles. num. 14. & seqg.  
Hoftien. in ead. summa. n. 9. vers. sed nunquid  
hoc privilegium. Angel. in summa. in verbo  
immunitat. num. 27. Ubi quod ita \*comuni-  
ter

## De immunitate Eccles. Appendix.

53

ter dicunt Doctores. Silvestr. in eodem verbo *immunitas. num. 15. vers. 6.* & similiter ecclesia *interdicta. Armilla in verbis emunitas. nu. 19.* S. Antonin. *In summa par. 3. tit. 12. cap. 3. in principio. vers. nota quod si ecclesia interdictatur. Rosella in verbo emunitas. il primo vers.* Idem dicit de ecclesia interdicta. Decian. in tractat. crimin. lib. 6 cap. 24. num. 26. & cap. 25. num. 20. in fin. Ubi teltatur de \* communis opinione, licet eam declarat non procedere quo ad homines de populo, propter quorum delictum vel contumaciam interdicta fuit ecclesia, sed solum quo ad peregrinos. que tamen declaratio est contra \* communem, ut ipomet ibidem fateretur. Addo Marfil. Monticell. Clar. & Bonacoff. in locis per me relativis supra in tit. de carceribus & carceratis. quaf. 28. numer. 35. Quibus addo Card. Tusch. practic. conclus. in verbo ecclesia. concl. 9. n. 9. Joan. Azor. Instit. Moral. par. 2. libr. 9. cap. 8. quaf. 4. Francisc. Suarez de statu Religionis. lib. 3. cap. 9. num. 6. Villagut. de extensi. legum. c. fina. num. 29. Mar. Ital. de immunit. eccles. lib. 1. cap. 4. §. 3. num. 7. & seqq. usque ad numer. 13. Ubi pluribus hanc probat conclusionem.

**260** **AMPLIA IV.** In confugiente ad ecclesiam dirutam & destruam. Is enim quod illius immunitate gaudeat, quia saltim respectu loci in quo erat aedificata, non definit esse sacra. l. ade sacra. ff. de contrahenda emptione. l. in tantum. §. sacra. in fine. ff. de rerum divisione. gloss. in cap. que semel. 19. quaf. 3. voluit Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 24. nu. 27. ubi declarat, numquid illo calo si ecclesia diruta reficiatur, opus sit novae consecratione. & cap. 25. num. 22. ubi pariter declarando dicit, quod si ecclesia est diruta & destruuta sine auctoritate superioris, vel etiam si iusit spes refectionis, & tunc ad eam contiguum erit tutus, secus si auctoritate superioris fuisset destruuta, vel nulla aedificatio refectionis spes ex Remig. & Claro in locis ibi per eum relativi. Addo, Remig. Clar. & Bonacoff. in locis per me relativis supra in tit. de carceribus & carceratis. quaf. 28. num. 70. Quibus addo Cardinal. Tusch. practic. conclus. in verbo Ecclesia. conclus. 9. n. 10. ubi quod ecclesia destruuta gaudent immunitate, si aedificare eam redificandi, & dicere communem ex Claro in loco per eum relato. Villagut. de extensione legum. c. fina. num. 28. ubi quod ecclesia destruuta fine auctoritate Episcopi, vel cum spes redefinitionis, vel quando fuit unita alteri ecclesie, gaudent immunitate, secus si destruuta fuerit cum auctoritate Episcopi, vel si nulla aedificare spes redefinitionis, vel alteri ecclesie non fuerit unita. Alexan. Ambrosin. de immunit. eccles. cap. 10. num. 3. ubi pariter dixit, quod ecclesia destrueta gaudent immunitate, nisi fuerit destrueta auctoritate Episcopi, & fine spes redefinitionis. Mar. Ital. de immunit. eccles. lib. 1. c. 4. §. 3. num. 13. ubi facit eandem distinctionem.

**261** **AMPLIA V.** In confugiente ad ecclesiam adhuc non perfecte confractam & in esse productam, is enim quod gaudeat privilegio, & immunitate ecclesiarum, quia sufficit quod lo-

cus sit destinatus ad aedificationem aliquius ecclesiae, & ibi fuerit primarius lapis per Episcopum impositus, voluerunt Ancharen. in cap. ecclesia numer. 1. in 1. notab. de immunit. ecclesiarum, & ibi etiam Abb. num. 5. Gabr. cum allegatis per eum, tit. de presumpt. conclus. 52. num. 17. quos sic dicentes reierit etiam & sequitur Mar. Ital. de immunitat eccles. lib. 1. cap. 4. §. 3. num. 15. & seqq. ubi declarat hanc conclusionem procedere, quando ecclesia nondum construenda perfecte non definit construi, sed continuo confructatur. secus si incepit construi, & primario lapide in fundamentis imposito, non amplius confructatur. tunc enim locus illi potius dicitur defertus, quam domus orationis, ut ibi per eum ea motus ratione, quia qui eccleiam aedificare coepit, eam perficie tenetur, que ratio quantum concludat per te ipsum considera.

**AMPLIA VI.** In confugiente ad cōmetem ecclesiae, qui propter invitus inde extra habita non potest, sicut si ad ecclesiam confugisset, tex. est. c. fina. de immunitate ecclesiarum, in illis verbis, vel earum cōmeteritis, & ibi hoc adnotarunt Hostien. num. 1. in fine. in verbo ecclesie. Ancharen. numer. 2. Abb. numeri 4. in 3. notab. & Joan. de Anan. num. 1. in fine. Turrecrem. in cap. se quis in atrio. num. 1. in 3. quaf. 17. quaf. 4. Archidiac. in c. si quis contumax. num. 2. ead. causa & quaf. Joan. de Imol. in clement. 1. num. 8. vers. item cōmeterium de penitentia & remissione S. Antonin. in summa par. 3. tit. 12. in prime versis. & cōmeteritis earum. Alex. confil. 145. num. 11. vers. unde etiam cōmeteritis gaudent. lib. 7. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 24. nu. 8. & cap. 25. n. 10. Mantua conf. 60. num. 8. Navar. in Manual. confessior. cap. 25. num. 17. versis. cōmeteritis. item dixi hac de re iuste supra intit. de carceribus & carceratis. question. 28. num. 14. Anatal. Germon. de sacrorum immunitatibus. lib. 3. cap. 16. num. 30. vers. de cōmeterio. & seqq. Cardin. Tusch. practic. conclus. in verbo ecclesia. conclus. 10. num. 3. Joan. Azor. Instit. Moral. par. 2. lib. 9. cap. 8. question. 6. Francisc. Suarez de statu Relig. lib. 2. cap. 9. num. 5. Francisc. Leon in Thesauro fori ecclesiastici par. 1. cap. 13. num. 2. Alexan. Ambrosin. de immunit. eccles. c. 10. num. quinto. Mar. Ital. de immunit. eccles. cap. 4. §. 7. per tot. in discussu. ubi plura de materia cōmeterio. rum.

**LIMITA** hanc VI. Ampliationem procedere dummodo cōmeterium sit contiguum, & conjunctum cum ecclesia, secus si separatum, quia tunc nisi appearat quod illud fuerit consecratum non gaudebit immunitate. ecclesia enim consecrata intelligitur etiam consecratum cōmeterium illi conjunctum, secus si disjunctum & separatum, ex allegatis per Decian. in tractat. crimin. libr. 6. cap. 24. numer. 28. & num. 30. Ubi etiam, an cōmeterium ad ecclesias diffans per duos paetus dicatur eidem ecclesia conjunctum, vel disjunctum, & sic an gaudeat, vel non gaudeat immunitate ecclesiae, de quo per eundem in Decian. ibid. cap. 25. n. 11.

E e 3

Con.

Prosperi Fafinacii J. C. Romani

- 54
- 264 Contrarium, quod cœmeterium etiam separatum ab ecclesia gaudeat illius immunitate, voluit. Navar. in *Manual. confessario cap. 25. versic. cœmeterium.* item Anafal. Germon. de *sacrorum immunitate, libro tertio, numer. 31. & seqq.* Ubi quod hæc est communis interpretum tententia. Villagut. de *extenſione legum. e fin. num. 33.* Mar. Ital. de *immunitate eccles. lib. primo, cap. 4. §. 8. num. 28. & seqq.* & ponit etiam num. 29. in fine & seqq. Quid de cœmeteriis non cinctis muro existentibus puta in aliquo fundo, vide que dixi *supra in tit. de furtis. q. 172. n. 51.*
- 265 AMPLIA VII. In confugiente ad Hospitale, qui propter ea inde invitus extrahi non potest, non aliter ac si ad ecclesiæ confugient. Archid. in *cap. diffinitivit. post num. 1. vers. in loco sancto 17. queſt. 4. & ibi etiam Bellamer. column. 1. in eodem. verbo sancto.* Decian. in *tract. crimin. lib. 6. cap. 24. n. 32.* Roderig. Suarez. in sua declaratione ad l. 11. foro d. lib. 3. num. 4. vers. Verum etiam idem erit in fugiente ad hospitale. Bal. Marfil. Francisc. Calon. Alex. Jas. Conrad. Mayner. & Covar. in locis per me relativi supra in tit. de carceribus. & carceratis. queſt. 28. num. 36 & 37. Quibus ad Franco. Leon. in *Thebaur. fori eccles. par. 1. cap. 13. rubr. de immunitate eccles. num. 8.* Mar. Ital. de *immunitat. eccles. lib. 1. cap. 4. §. 8. numer. 1. & num. 2. versic.* Unicum adhuc insurgere videtur dubium, ubi proponit contrarium & illi respondet.
- 266 LIMITA hanc VII. Ampliationem, ut hospitale tunc demum eadem ecclesiæ immunitate gaudeat si fuerit fundatum auctoritate Episcopi, aliter fecus. Angelic. in *summa post Goffred.* quem allegat, in *verbo immunitas. num. 26. vers.* Utrum Hospitale. Silvestrin. in *cod. verbo immunitas. il primo num. 1. in fine. vers. teritiam & similiter Hospitale.* & in *d. verbo immunitas. il 3. num. 1. vers.* Et similiter. Thabien. in *cod. verbo immunitas. num. 15. vers.* & similiter dicendum est de hospitali. Armilla in *verbo Emunitas. num. 19.* Decian. cum allegatis per eum in *tracta. crimin. lib. 6. cap. 25. num. 18.* Navar. in *manual. confessario cap. 25. numer. 18. vers. Hospitale.* Item Bajard. ad Clar. queſt. 30. num. 11. & seqq. Ubi etiam remissive quomodo probetur, tunc presumunt hospitale esse constrūctum auctoritate Episcopi. Anafal. Germon. cum allegatis per eum in *sacrorum Immunit. lib. 3. cap. 16. num. 27. & 28. Cardinal. Tutsch. practic. conclus. in verbo Ecclesia, conclus. ro. 2. Joan. Azor. Instit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 5. queſt. 1. Francisc. Suarez. de stat. Religionis. libr. 3. cap. 9. numero 10. Mar. Ital. de *immunitate eccles. c. 4. §. 4. per se.* Ubi bene declarat, quando Oratoria dicuntur publica, & quando privata. Vide que dixi *supra in tit. de furt. qu. 172. numer. 30. & in tit. de carceribus. & carceratis. queſt. 28. numer. 31.**
- AMPLIA IX. In confugiente ad ecclesiæ atrium, seu Clauſtrum, Porticum, Ambitum, Dormitorium, intra septa, & in totam fabri-  
cam ecclesiæ, is enim tutus est, & extrahi non potest, non aliter ac si ad ecclesiæ confugient. text. est in *l. pateant. c. de his qui ad Ecclesiæ am confugiant.* in illis verbis: *Quosquid sue-rit inter jacentes sine in cedulis sine in domi- bus, hortulis, balneis, atque porticibus con- fugas*

## De immunitate Eccles. Appendix.

*Pugias interioris templi vice tueantur.* Facit text. in c. si quis in atrio 17. qu. 4. Ubi ecclesia immunitatem videri dicitur propter homicidium, vel pugnam in atrio commissam. item & text. in c. frater. eadem causa & quæst. in illius verbis, ad ecclesiæ septam. Alius text. in c. si quis contumax ead. causa & quæstione. Ubi de atrio ecclesiæ, vel de porticib. quolibet modo ecclesiæ adhaerentibus. & ibi gloss. in figuraatione casus, & in verbo adhaerentibus. & ibi Archid. in princ. in verbo de porticibus. item & text. in c. id constitutus. eadem causa, & quæstione, in illius verbis, ad ecclesiæ atriorum & ibi Archid. ante num. 1. in verbo atriorum. Albertic. in l. 2. n. 1. in princ. C. de his qui ad ecclesiæ confugiunt. ubi de his qui confugiunt ad Porticus ecclesiæ. & ibi etiam Card. Zabarello. n. 4. vers. quartu quoquo. Abb. in c. ecclesiæ. num. 10. extra cod. tit. de immunitate ecclesiæ. ubi pariter dixit, quod Porticus ecclesiæ adhaerentes gaudent haec immunitate. Anch. in c. fin. num. 2. in fin. vers. idem si confugit ad Porticam. & n. 3. vers. quid ergo eod. titul. de immunitate ecclesiæ. & ibi etiam Joan. de Anan. num. 2. & seqq. Rom. conf. 227. num. 1. ubi de Atrio & Clauistro. Alberic. conf. 145. num. 11. & 13. Ubi lequitur de Dormitorio Monasterii, de septis ecclesiæ, de Porticibus, de Horro, de Area, & de toto manu. Decian. in tracta. crimin. libr. 6. cap. 24. numer. 31. vers. atrium vero ecclesiæ. & c. 25. n. 12. & 23. Ubi loquitur de autiugiente intra septa ecclesiæ, & ibi declarat septa Ecclesiæ dici loca omnia, que sép aliquip, vel aliquo muro, aut tabulato sunt circumdata tanquam vallo quodam munita. ad text. in l. 1. §. septa. ff. de Rtv. & in Clementina 1. §. prefata quaque. de statu Monachorum, cum aliis ibi per eum relatis & num. 17. Ubi de atrio & Porticu. Mantua. conf. 211. num. 25. ubi de Porticu. Navarr. in manual. confessar. c. 26. num. 17. ubi de dormitorio, de Porticu, & de Clauistro. idem Decian. conf. 80. n. 28. Ubi de dormitorio Fratrum. Bajard. ad Clar. quæf. 30. num. 1. Ubi etiam de dormitorio, dixi haec de iterum supra in tit. de carceribus, & carceratis. quæf. 28. num. 14. Quibus addo etiam Card. Turch. practicar. conclus. in verbo Ecclesiæ. conclus. 9. n. 3. & n. 7. & conclus. 20. per tot. In verbo immunitas, conclus. 50. n. 5. Francisc. Suarez de flatu religiosum lib. 3. cap. 9. num. 7. & sub num. 9. Villagut. de extensiō. legum. c. fin. num. 36. Alexan. Ambroſin. de immunit. & libertat. ecclesiæ. cap. 10. numer. 6. Apud quos tere omnes reperies idem dicentes de Monasterio Religiorum, quod ecclesiæ immunitate gaudent.

269. AMPLIA X. In confidente ad domum, seu Palatum Episcopi, is enim inde invitus extrahi non potest, non aliter ac si ad ecclesiæ confugiaret. text. est in c. id constitutus. 17. qu. 4. Ubi ad literam dicitur, ab ecclesiæ atris vel Doma Episcopi reas abstrahere omnino non + licet. & ibi gloss. & \* communiter Doct. omnes. C. de his qui ad ecclesiæ confugiunt. Innoc. in c. inter alia. colum. 1. vers. item idem dicunt quidam in Palatio Episcopi. extra de

immunit. ecclesiæ. Si ibi etiam Hossien. ante nu. 1. vers. & idem est secundum quoqdam Anton. de Butr. num. 9. & Cardin Zabarello. numer. 4. Hossien. in c. Ecclesiæ. num. 2. cod. tit de immunitat. ecclesiæ. & ibi etiam Abb. numer. 9. vers. quartu quoquo. Joan. de Anan. in c. fin. num. 1. in fin. cod. tit. de immunit. ecclesiæ. Card. Zabarello. in Clemens. 1. n. 4. in fin. verbo. secundo quoquo, de panitia & remissio. Armill. in summa. in verbo emunitas. num. 19. S. Antonin. in summ. par. 3 tit. 12. c. 3. §. 1. vers. item confugiens ad Palatum Episcopi. Rosell. in verbo emunitas. il. 2. numer. 14. Anafal. Germon. de Sacrorum immunit. lib. 3. cap. 16. num. 45. & seqq. Alios retul. supra in tit. de carceribus & carceratis. quæf. 28. n. 38. Villagut. de extensiō. legum. cap. fin. num. 37. Ubi duplice medio hanc probat conclusionem. Genuen. in pract. Archiepiscopali. c. 22. n. 10. Ubi & ipse bene hanc probat ampliationem. Alexand. Ambroſin. de immunit. & libertat. ecclesiæ. c. 10. num. 7. in princ. Mar. Ital. de immunitat. ecclesiæ. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 1.

A M P L I A rursus hanc X. Ampliationem duobus modis, & Limita eiusdem duobus modis, ut per Mar. Ital. de immunit. ecclesiæ. lib. 1. c. 4. §. 9. n. 4. ubi ampliat etiam Episcopo mortuo, vel abierto & n. 13. ubi ampliat etiam in palatio Episcopi, quando per suam Diocesum moratur in Visitacione. & num. 5. ubi limitat, quando sedes Episcopalis alio translata fuerit, & num. 8. ubi pariter limitat, quando Episcopo mortuo vel abierto, palatum Episcopi fuisse alteri locatum.

L I M I T A Iterum hanc eandem ampliationem procedere, dummodo palatum Episcopi non distet ab Ecclesiæ, & sic intra ecclesiæ fines designatos, nempe passus quadriginta, alias securi, secundum Innocen. in d. c. inter alia. cot. 1. vers. sed alti. extra de immunitat. ecclesiæ. & ibi etiam Anton. de Butr. num. 9. & Joan. de Anan. num. 10. Turrec. in c. id constitutus. nu. 117. qu. 4. Decian. in tracta. crimin. libr. 6. cap. 25. num. 14. ubi licet contraria opinione \* communem fateatur ex<sup>\*</sup> Remig. in loco per eum relato, hanc tamem veteriore credidit esse lentiamenta, & forensi praxi obseruant teftata post Clar. quem allegat, relati per Card. Turch. pract. conclus. in verbo Ecclesiæ. conclus. 10. n. 7. Alexand. Ambroſin. de immunitat. & libertat. ecclesiæ. cap. 10. num. 7. Decianus in tracta. crimin. libr. 6. cap. 25. num. 14. quem resul supra in tit. de carceribus, & carceratis. quæf. 28. num. 38. ad finem.

Contraarium, & verius, quod episcopi palatum gaudeat eadem immunitate qua gaudet ecclesiæ, etiam quod non sit intra confines, & quadriginta passus, sed ab ecclesiæ distet, quia si aliter dicieremus, palatum Episcopi nullum habetur privilegium, cum & domus clericorum qua infra praedictos fines sunt hoc privilegio gaudent, ultra per me relat. in d. 9. 20. nu. 38. voluit gl. in c. id constitutus. in verbo vel domo. 17. q. 4. & ibi Arcind. n. 3. ubi post alio-

E 4

rum

rum relatas opiniones in hac sententia refidere videtur, sive in palatio Episcopi adit Capella, sive non Bellam. *n. 5. in fine vers. in prima glo.* & *n. 6. Holtien. in d. c. inter alias ante nu. 1. vers.* Alii vero intelligunt extra de immunitate ecclesiar. & ibi etiam Joan. Andr. *num. 2. vers. ad ecclesiam.* & Card. Zabarell. *num. 4. Abb. in cap. ecclesie num. 9. eod. tit. de immunitate ecclesiarum.* Anchar. in *element. 2. nu. 4. in fine vers. item configugiens ad palatium Episcopi de penitentia, & remissione, & ibi etiam Joan. de Imol. *num. 8. in fin. vers. de palatio episcopi.* S. Antonius. in *summa part. 3. tit. 12. §. 1. vers. item configugiens ad palatium Episcopi.* Roella in *verbo emunitas. il secundo numer. 14. Navar. in manual. confessar. cap. \* 15. num. 18. ubi de \* commun. Bajard. ad Clar. quest. 30. num. 10. Anafal. Germon. de sacrorum immunitate. libri. 3. cap. 16. numer. 45. \** & *segg. ubi testatur de \* commun. Doctorum tentientia, eam bene comprobant, & contrariis respondet. & ponit etiam quid si Episcopus habeat duo palatia. Card. Tusch. pract. conclus. in verbo Ecclesie conclus. 9. numer. 11. & conclus. 10. num. 8. ubi alii relata testatur de \* commun. & in verbo immunitatis conclus. 59. \** *n. 24. ubi pariter de \* commun. Joan. Azor. institut. moral. part. 1. lib. 9. cap. 8. quest. 5. Roderic. Suarez. de statu Religionis. libro 3. cap. 9. sub num. 9. Francisc. Leon. in thesauro fori ecclesiastici. part. 1. cap. 13. rubric. de immunitate ecclesie. num. 14. Mar. Ital. de immunitate ecclesie. lib. 1. cap. 4. §. 9. numer. 1. & *segg. ubi respondebat Decianus per me relato supra in dicta quest. 28. num. 38. in fin.***

**273** Quod si in palatio Episcopi adit aliqua capella in qua Missa celebretur, & tunc illud gaudeat immunitate, etiam quod non sit intra fines ecclesie, & ab ea distet, & in hoc omnes concordant, ut videat est apud Joan. Andr. *in c. inter alias num. 5. in fine. extra de immunitate ecclesiar. & ibi etiam Anton. de Butr. num. 9. & Joan. de Anan. n. 10. Archidiac. in c. id constitutum. num. 3. 17. quest. 4. Bellamer. num. 6. & Turrecrem. num. 1. Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 25. numer. 14. ad finem. Anafal. Germon. de sacrorum immunitate. libri. 3. cap. 16. sub num. 46. ubi propterea dixit paucia aut nulla admodum Episcopalia palatia inventari posse, que careant capella. Joan. Azor. Institut. moral. par. 2. cap. 9. quest. 5. Alexander. Ambrolin. de immunitate. & liberitate. ecclesie. cap. 10. n. 7.*

**274** **AMPLIA XI.** In confugientibus ad domus, seu palatia Cardinalium, qui propterera, quod inde inviti extrahi non possint, voluit Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 25. nu. 15. in fine, ubi ita de confutidine observari testatur, ex Claro, in loco per eum relato. Navarr. in manual. confessar. 25. n. 18. in fin. Ubi quod domus Cardinalium, cum certo ambitu, hac immunitate gaudent in Urbe Borgn. Cavalcan. in tractat. de brachio Regio. par. 2. num. 31. Manfred & Clar. in loco per me relatis supra quest. 28. num. 45. & quidem extra urbem hanc immunitatem admittere videtur Cardinal.

Tusch. practicar. conclus. in verbo Ecclesie conclus. 6. numer. 12. sequitur, & pluribus comprobatur Mar. Ital. de immunit. ecclesiarum libro primo, cap. 4. §. 9. num. 22. & segg. Verum in Urbe hodie de confutidine, & vigore Constitutionum Summorum Pontificum contrarium servari omnes scilicet, & testatur etiam Bajard, ad Clar. quest. 30. numer. 33. & latius dixi supra dicta quest. 28. num. 45.

**AMPLIA XII.** In confugientibus ad Sacerdotem portantem Sanctissimam Eucharistie Sacramentum, enim capi non potest, ac tutus eum non minus quam si ad ecclesiam confugisset. Alberic. in rubr. C. de his qui ad ecclesiam confugunt. num. 3. in fine vers. quid de eo qui a fugit ad corpus Christi. Holtien. in cap. ecclesie numero secundo, vers. multe fortius de immunitate ecclesiar. Joan. de Imol. in element. 1. numer. 10. de penitentia, & remissione, & ibi etiam Bonitac. de Vitalin. numer. 80. in fine, vers. & idem in fugiente ad Corpus Domini. Holtien. in summa de immunitate ecclesiar. numer. 12. vers. Quid si quis dum fugit ad ecclesiam Angelic. in summa. in verbo immunitatis. num. 28. Silvestrin. in eodem verbo immunitas il terzo. numer. 1. ad finem. Thabit. in eodem verbo immunitas. num. 15. in fine. vers. & similiter configugiens ad Corpus Christi. S. Antonius. in summa. par. 3. titu. 12. cap. 3. §. 1. vers. Item si quis malefactor. Roella in verbo emunitas. il secundo. numer. 11. addentes ad Oldrad. conf. 54. litera. C. Decian, qui plures alios concordantes referit, & de communi testatur in tractat. crimin. lib. 6. cap. 29. numer. 8. Proponit contrarium, & illi respondeat Mantua. confil. 211. num. 22. Navarr. in manual. confessar. cap. 25. num. 18. vers. & Presbyter. Et hanc conclusionem quia non solum communis est sed etiam magis communis, amplexi sunt Archidiac. Abb. Roman. Alber. Faber. Imol. Jas. Soccin. Corset. Cagn. Catellia. Cotta. Refaur. Caftald. Arnon. Anton. Gomez. Covar. Petr. à Placha, & Clar. in locis per me relatis supra in tit. de carceribus & carceratis. quest. 28. num. 11. ubi etiam retuli, & reprobavi contrarium tenentes. Anafal. Germon. de sacrorum immunitate. lib. 3. cap. 26. num. 52. ubi testatur de \* commun. Cardin. Tusch. pract. conclus. in verbo ecclesia conclus. 10. num. 33. Petri. Gregor. syntagma juris. lib. 33. cap. 21. num. 14. Francisc. Suarez de statu Religionis lib. 3. cap. 9. num. 10. vers. tandem non omittam. Alexan. Ambrofin. de immunitate. & libertate. ecclesie. c. 10. n. 1. Mar. Ital. de immunitate ecclesie. lib. 1. c. 4. §. 10. per totum.

Qui omnes praelegati Doctores unanimiter feceris esse dicunt in eo, qui, in pura condemnatione & suspenderi, Corpus Christi recipit, non enim per hoc poenam evadit, nec immunitate ob illius Sanctissimi Sacramenti receptionem gaudet, quibus addo Holtien. ubi supra in summa de immunitate ecclesiarum. numer. 11. & 12. ubi reddit rationem, quare sic configugiens ad ecclesiam invitius inde extrahi non potest, non autem quando Corpus Christi assumit, cum tamen contrarium videatur dicendum,

De immunitate Eccles. Appendix.

ex quo Christi Corpus dignius est ecclesia, rationem ibi videoas.

- 277 AMPLIA XIII. In confugiente ad statuas Principis, qui inde sicut si ad ecclesiam confusisset, quod retrahi non possit, suadetur arguemento tex. in l. 1. C. de his qui ad ecclesiam confugiunt. & in l. 2. ff. de iis qui sunt sui, vel alieni juris. & in l. 3. ff. de offic. Praefecti Urbis. & in 5. sed & major. Instit. cod. tit. de iis qui sunt sui, vel alieni juris. & in l. Capitulum 5. ad statuas ff. de paenit. voluisse videtur Hoffien. in c. ecclesie. num. 2. extra de immunitate ecclesiarum & ibi Joan. Andr. num. 4. in fine. Ancharan. sub qam. 4. Joan del Mol. in clement. 1. numer. 8. in fine, vers. idem dicitur de statuas Praefecti Urbis, de penitentia. & remissione. Decian. qui plura ad hanc materiam conferit in tract. crimin. libr. 6. cap. 25. num. 5. Pet. Gregor. synagm. juris. lib. 33. cap. 21. num. 11. & numer. 12. ubi idem de confugientibus ad personam ipsius Principis. & numer. 16. ubi de confugientibus ad domos Regum. loquuntur autem Doctores præallegati non solum de confugientibus ad statuam Principis, sed etiam ad statuam Praefecti Urbis.

- 278 Contrarium, quod Principis statua, confugientem ad illam metu criminis tutum non redat, facit, quia tex. in l. 1. loquitur de violentia qua sit à privato, & illicita, non autem de ea qua sit à ministeriis iustitiae volentibus capere delinquentem. & quod hodie hac statuarum Principis immunitas de consuetudine non servetur, dixi supra in tit. de carceribus & carcera- tis. question. 28. numero 49. post Reflaur. Clar. & Decian. in locis ibidem per me relatis. Card. Tusch. practicar. conclus. in verbo ecclesie. conclus. q. num. 14.

- 279 AMPLIA XIV. In confugiente ad fore, & januam ipsius ecclesie, ita mihi probare videatur tex. in l. panteat. C. de his qui ad eccles. confugiunt, in illis verbis sed uiget ad extre- mas fore Ecclesie. Bart. in l. presenti numer. 2. C. cod. ubi quod stans in osse Ecclesie ibi capio potest. Ang. de malef. in verbo quod fa- mula publica. num. 59. verific. & sic optimi scal- rurn ecclesie. & in verbo In scali sancti Pe- tronii. numero tertio, ver. & sic capius in scali vel officio ipsius ecclesie. Barbat. confil. 53. num. 9. & 10. Ubi loquitur de eo, qui manus tangit portam ecclesie eam clausam inveniens, dicitque illum esse tutum. Igne. in l. 1. in prin- cip. numero 57. ad finem. ff. ad Sylwanian. ubi pariter loquitur de tenente portam, aut annu- lum porta. Decian. in tract. crimin. libro sexto, cap. 25. numero 17. ubi generaliter de tan- gente manu tantum locum sacrum, vel fines ipsius ecclesie, etiam quod totum corpus esset extra locum sacrum & extra fines. Nam & tunc adhuc illum esse tutum affirmat, & ita testatur videlicet observari, & observare dum erat assessor. Navar. in Manual. confessior. cap. 25. numero 17. ad finem. vers. & janua. dixi hac de re iterum supra in tit. de carceribus & carcera-

tis. queft. 28. numero 24. quibus Addo Fran- cisc. Leon. in thesaur. fori ecclesiastici par. 1. cap. 13. rubr. de immunit. ecclesiar. numero un- decimo in fine.

Et item in confugiente ad scalias ipsius eccle- 280 sia, quod invitus inde extrahit non possit, volunt. Ang. de malef. in verbo quod fama publica. numero 59. vers. quartu quarto, ibi. Et sic ostendit scalarum ecclesie, & in verbo in scali sancti Petronii. numero tertio. Cardinal. Tusch. cum allegatis per eum practic. conclus. in verbo Ecclesie. conclus. 10. numero quinto, & ita cenu- fuit Sacra Congregatio Illusterrimorum Cardi- naliuum, Episcoporum ecclesie negotis prepa- ritorum. bo. me. Cardinale Gaetano referente.

LIMITA hanc XIV. ampliationem. Quod 281 tunc demum scale ecclesie gaudent eadem im- mitute qua gaudet ecclesia, quando sunt ec- clesie annexa, & de illius pertinentiis, vel quando eadem ecclesia est extra Civitatem & Ca- stella, quo casu intrat immunitas regia & quadraginta passuum, prout dixi infra. num. 284. fecus si scale sunt aliquibus ecclesias intra Civitatem, seu Castella, quia tunc cum ipsa ecclesia non gaudent immunitate triginta aut quadraginta passuum, ut dixi infra. num. 290. hoc ideo nec etiam scale immunitatis privilegium habebunt, si credendum est Vulpello in conf. 130. num. 12.

AMPLIA XV. Ut immunitate ecclesie 282 gaudeat non solum qui est intra ipsam ecclesi- am, sed etiam qui est supra tecum ecclesia. Et ideo invitus inde extrahit non potest, secundum Francisc. Suarez. de statu Religion. lib. 3. cap. 9. numer. 8. verf. sed quid si quis supra tecum ecclesie. ubi hanc sententiam, quam probabiliorem affirmat, pluribus comprobatur rationibus. Primo, qui ibi dicitur aliquis esse proprie ubi pedes habet, licet à tali corpore non circundetur, exemplo Corporum Sanctorum in celo existentiis, quia pedibus calcant coeli superficiem, licet à corpore coletti non circundentur. Se- cundo, quia tegulae tecum religiosae sunt sicut ecclesia, per regulam quod quareligiosi adhaerent, religiosi reputantur. Tertio, quia negari non potest, quod existens supra tecum ecclesie dicitur esse intra statum ecclesie, & ideo evelli non potest, quod & idem voluit Mar. Ital. de immunit. ec- cles. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 24. & seq. ubi & a liam reddit rationem, quia scilicet domus ne- dum ex solo, sed etiam ex superficie constat. L. cum qui in principio. & ibi glos. ff. de usu capion.

ARGUMENTUM.

Configiens non solum ad ecclesiam, sed etiam circumcirca per triginta, aut quadraginta passus, regulariter tutus est, quando hoc verum sit, & de materia.

842

- Ecclesia fines immunitate gaudent sicut Ecclesia, num. 283.
- Ecclesia fines immunitate gaudentes sunt intra triginta passus in ecclesia non cathedrali, in cathedrali autem quadraginta, num. 284.
- Passus tringinta, aut quadraginta, quibus ecclesia gaudet immunitate, incipiunt a foribus ecclesia, num. 285.
- Passus quibus ecclesia immunitate gaudet sunt quinque pedum pro quoilibet, & pes est spatium unum quindecim digitorum, numero 286.
- Ecclesia immunitas extensit ultra tringinta, aut quadraginta passus, quando ambitus & circuitus dicta ecclesia, sic se ultra extendit, n. 287. & seq. ubi e contra, quid si ecclesia circuitus, & ambitus non sit tantum extensis.
- Domus clericorum existentes intra tringinta, aut quadraginta passus, ecclesia gaudent immunitate, secus aliorum domus, num. 288.
- Passus tringinta aut quadraginta, quibus immunitate gaudet ecclesia, non habent locum in ecclesia existente intra ambitum caseolarum, num. 289.
- Passus tringita vel quadraginta, quibus ecclesia immunitate gaudet non se extundit per viam publicam, n. 291.
- Passus tringita aut quadraginta, in circuitu ecclesia existentes, habent immunitatem, quando confugiens vadit ad requisitus naturae, & ad exonerandum corpus, alias secus, numer. 292. contra, num. 293.
- Imunitas ecclesia intra tringinta aut quadraginta passus, nuncquid hodie de conjectuina servetur, n. 294.
- CAPUT XVIII.**
- 283 REGULA sit, quod confugiens non solum rad ecclesiam, sed etiam ad fines ecclesie, illius immunitate gaudet, & invitius extrahi non potest. text. est in l. prefanti. s. ex his C. de his qui ad eccles. confugiuntur. in illis suis, & ibi \* communiter Doctores omnes. item & tex. in cap. sicut antiquitus. 17. quæst. 4. in illis verbis. Quia autem confinia earum confringere tentaverit, Angel. in summa in verbo. Immunitas. num. 10. Thabien. in eodem verbo. Immunitas. num. 7. Armilli. in verbo Emunitas. n. 6.
- 284 Confines autem ecclesie sunt intra tringinta passus, si ecclesia non fuerit cathedralis, si vero fuerit major, & cathedralis, intra 40. passus. tex. est in cap. sicut antiquitus. 17. quæst. 4. in illis verbis. Statuimus ut major ecclesia per circuitum quadraginta passus habeat, capella vero, vel minoris ecclesia 30. aliis tex. in c. diffinivit. eadem causa, & questione. in illis verbis: In quibus tringinta passus unusquisque ecclesia in toto circuitu reverenter defendatur. & ibi glos. in verbo diffinivit. & Archid. Bellamer. & Turrecrem. Alberic. in l. 2. num. 1. C. de his qui ad eccles. confug. & in l. prefante. num. 1. ante fin. C. eodem. Abb. in cap. ecclesia. num. 10. de immunitat. ecclesiar. Joan. Andr. in cap. fina. num. 1. in verbo carum. extra eodem. & ibi etiam Anton. de Butr. num. 3. in fine Gofred. in summa rubr. de immunitat. ecclesiar. numer. 8. Hoflien. in summa de immunitat. ecclesiar. num. 8. Angelic. in summa in verbo immunitas. num. 21. vers. & nota quod nedum in ecclesia Silvelrin. in eodem verbo immunitas. in illo terzo. num. 1. vers. & similiter spatiuum. Thabien. in eodem verbo immunitas. num. 13. vers. & nota quod ecclesia. Armilli. in verbo Emunitas. num. 16. vers. nota quod ecclesia habet hoc privilegium. S. Antonin. in summa par. 3. tit. 12. cap. 3. §. 1. vers. item nota. Roitella in verbo Emunitas. il secundo num. 13. vers. hanc autem libertatem. Rom. conf. 227. num. 1. vers. terio scit. Alexan. conf. 145. num. 12. lib. 7. Angel. de Malef. in verbo In scalis sancti Petronii. num. 3. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 24. numer. 29. Navar. in Manual. conf. c. 25. num. 18. vers. spatiuum item. & hanc eandem conclusionem sequuntur fuit. Bar. Henr. Boyce. Jal. Monticel. Corrad. & Nicolaus Marion. in locis per me relatis supra in tit. de carcere. quæst. 28. numer. 12. Quibus addo Anastaf. Geranom. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 16. num. 38. & seqq. ubi etiam declarat, quenam dicatur ecclesia matrix, seu major. Cardinal. Tusch. prædict. conclus. in verbo ecclesia. conclus. 9. num. 1. & conclus. 10. num. 4. & 5. & in verbo immunitas. conclus. 59. nu. 3. 23. & 27. Villagut. de extens. legum. cap. fin. num. 30. Alexand. Ambrosio. de immunit. & libertate ecclesie. cap. 10. num. 4.
- A M P L I A I. hanc regulat, ut isti passus 285 tringita aut quadraginta, incipiunt a foribus ecclesie, secundum glos. in l. pateant. litera H. in verbo spatiu. C. de his qui ad eccles. confugiunt. ubi quod incipiunt a foribus ecclesie. quod & item aperte videtur probare tex. in cap. diffinivit. 17. quæst. 4. in illis verbis: Per omnia circuitum in tringita passus ab ecclesia januis progradientur. & ibi etiam Archidiac. numero 1. in verbo janui. & ibi etiam Bellamer. numer. 3. ad finem. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 22 num. 29. Ubi propterea dixit, inter hos passus commemorari debere cœmeritorum; quia non a cœmerio. sed ab ecclesia isti passus membrurari debent. Alexand. Ambrosio. de immunit. & libertate ecclesie. cap. 10. num. 4. in fine. ubi quod isti passus incipiunt a muris ecclesie, & non a Can-delauro existente in medio ecclesie, ut aliqui opinabantur.
- A M P L I A II. Ut passus prædicti tringita 286 aut quadraginta, sint quinque pedum pro quoilibet, & pes est spatium 15. digitorum. secundum glos. in cap. sicut Antiquitus. in verbo passus. 17. quæst. 4. & ibi etiam Turrecrem. numero 1. Angelic. in summa in verbo Immunitas. num. 21. in fine vers. & nota secundum Isidorum. Silvelrin. in eod. verbo immunitas. il 3. num. 1. vers. & similiter spatiu. Thabien. in eodem verbo immunitas. num. 13. vers. Nota secundum Isidorum. Armilla in verbo Emunitas. numer. 16. in fine. S. Antonin. in summa. par. 3. tit. 12. cap. 3. §. 1. vers. item nota. Roitell. in verbo

De immunitate Eccles. Appendix.

59

- verbo Emunitas. il 2. num. 13. in fine. Alex. consil. 14. numero 12. lib. 7. Decian. in tracta. crimin. libr. 6. c. 25. numer. 9. vers. Pafus autem sunt quinque pedum. Mante. conf. 211. numero 6. Anafal. Germon. de facrorum immunit. libro tertio. cap. 16. num. 41. & seqq. quem omnino bene declarantem videoas. Cardinal. Tusch. præf. conclus. in verbo ecclesia. conclus. 9. num. 2. Villagut. de extensione legum. cap. fina. num. 31. Francisc. Leon. in Thesau. fori ecclesiastici. par. 1. cap. 13. rubr. de immunit. eccl. nu. 4. & n. 6. Alex. Ambrofin. de immunitat. & liber. eccl. c. 10. n. 4. vers. Pafus vero. Mar. Ital. de immunit. eccl. c. 4. & 6. n. 24.*
- 287 AMPLIA III.** Ut prædicti ecclesie confines, in quibus configuiens ad eos tutus est, extenduntur ultra quadraginta passus, quando sic etiam ultra dictos passus se extendit ambitus, & circuitus ecclesie, licet enim in e. sicut antiquitus. & in e. diffinivit. 17. q. 4. si flatura immunitas ecclesie per passus triginta vel quadraginta resipetive, non tamen per hoc in dictis juribus prohibetur ecclesie posse habere plures passus. Turrecrem. in e. sicut antiquitus. numero 2. in verbo quadraginta. 17. quæst. 4. Archidac. in cap. diffinivit post numer. 1. in verbo triginta passus. & in verbo ecclesia. Ubi ex prelise dixit, immunitatem ecclesie se extendi plus quam ad 30. passus, quando eadem ecclesia habuerit plus de spatio. & tales passus sint in circuitu ecclesie. & ibi etiam Bellamer. nu. 3. in eodem verbo triginta pafus. & in verbo ecclesia. & Turrecrem. ante n. 1. in verbo triginta passus. & nu. 3. in verbo in loco sancto. & in eodem verbo Ecclesia. Alex. consil. 145. n. 12. libr. 7. Decian. in tracta. crimin. libr. 6. cap. 25. n. 9. post med. vers. quinimo Alexander. Navar. in manual. confessor. c. 25. nu. 17. in fine. Card. Tusch. præf. conclus. in verbo Ecclesia. sub numero 3. 4. & 6.
- 288** Sic & è contra, quandoque ecclesie immunitas non extenditur per triginta aut quadraginta passus, sed multo minori spatio, ut puta quando prope ecclesiam sunt adicatae domus laicorum, quia tunc ad eas, ut etiam suo loco dixi, non extenditur circuitus ecclesie, etiam quod sint infra triginta vel quadraginta passus. ut per Card. Tusch. præf. conclusionem in verbo Immunitas. quæst. 59. num. 22.
- 289 AMPLIA IV.** In confugientibus ad dominum Clericorum existentium intra triginta aut quadraginta passus ecclesie cui servient. Tales enim domus Clericorum gaudent debent immunitate, licet non sic domus aliorum. secundum glof. in e. quisquis. in verbo vel domos. 17. quæst. 4. Ubi reddit rationem, quia scilicet in circuitu ecclesie alias domus quam Clericorum esse non debent, per tex. quem allegat in cap. nulla 12. q. 1. Alex. in conf. 145. n. 11. libr. 7. ubi loquitur de domibus Monasterii, vel ecclesie. Decian. in tracta. crimin. libr. 6. c. 25. nu. 12. & n. 16. ubi tamen probat, quod non solum dominus Clericorum, sed etiam laicorum, confratres tamen intra quadraginta passus, gaudent debent immunitate ecclesiastica, reprobato
- Ang. de Cavali. contrarium tenente in toto per eum relato. Praesertim si illi laici interfervent ipsi ecclesie, ut puta pulsando campanas, muniam ecclesiam tenendo, & similia. & num. 15. ubi pariter firmat, quod domus Canoniconorum, vel Clericorum existentes intra septa, atrium, vel porticum ecclesie, vel etiam intra dictos passus gaudent hac immunitate, secus si sint extra septa, atrium, porticum, vel distos passus quadraginta. Mantua. conf. 60. n. 13. & 14. Ubi etiam dicit, quod domus Clericorum juncuntur ecclesie, vel intra triginta aut quadraginta passus constricta, gaudent immunitate ecclesiarum. & conf. 211. per rot. Ubi etiam pluribus probat, domum ecclesie conjunctam aut existentem intra passus determinatos, immunitate gaudere. Navar. in manual. confessor. c. 25. nu. 18. vers. Domus etiam ubi quod domus ecclesie ad habitationem Clericorum destinata, & constructa intra triginta aut quadraginta passus, gaudent immunitate, alias non Marius Antonin. practicar. resolut. cap. 18. nu. 4. vers. quod confirmatur. Ubi dixit, captum in domo Ecclesie tunc denum immunitate gaudere, si domus ipsa coahreat ecclesie, & sit ipsius ecclesie, alias fecus. idem Decian. conf. 80. n. 28. libr. 3. Ubi quod domus Clericorum ecclesie adhaerentes gaudent immunitate, & quod de hoc nemo unquam dubitavit. Cardin. Tusch. practicar. conclusion. in verbo immunitas conclus. 59. n. 22. Ubi pariter distinguunt inter domus laicorum, & domus ecclesie illi contiguas. & in verbo ecclesia. conclus. 10. n. 7. ubi simplicer dixit, quod domus ecclesie contiguae per triginta passus gaudent hac immunitate. Francisc. Leon. in Thesau. fori ecclesiastici. par. 1. c. 13. n. 6. in fine. Ubi pariter quod domus laicorum infra triginta passus ecclesie existentes non gaudent hac immunitate. Alex. Ambrofin. de Immunitate & libertate eccl. c. 10. n. 8. Ubi quod ædes Canoniconorum, vel Clericorum, dummodo sint intra fines & septa, gaudent immunitate, etiam si in illis starent laici. Marius Italia de immunitate ecclesiarum. lib. 1. c. 4. & 6. in discurso. ubi pariter declarat, domus intra hos passus triginta aut quadraginta prope ecclesiam existentes, gaudent immunitate, si in illis habitent religiosi illius ecclesie, fecus si alii.
- LIMITA I.** Eandem regulam, ut ecclesie 290 immunitas non se extendat intra triginta vel quadraginta passus in ecclesie que sunt intra ambitum Castellorum, & hoc propter anguitam loci. tunc est in e. quisquis. 17. quæst. 4. dum ibi dicitur: Cappella que sunt intra ambitum murorum Castellorum non ponuntur in hac triginta passuum observatione. Glos. in e. sicut antiquitus. in verbo passus. 17. quæst. 4. & ibi etiam Turrecremat. nu. 2. Hofflen. in summa de immunit. ecclesiar. n. 8. versi. Cappelle vero. Angel. in summa in verbo immunitas. n. 21. versi. Cappelle tamen. S. Antonin. in summa par. 3. tit. 12. c. 3. q. 1. vers. illud tamen. Rosella in verbo emunitas. il secundo. n. 13. versi. Hoc vero privilegium. Alex. conf. 145. n. 12. versi. Et licet dictus circuitus. & n. 13. versi. si autem essent intra Castella vel Civitatem libri.

*libr. 7. Vulpel. conf. 230. mu. 10. Decian. in tract.*  
*erim. lib. 6. c. 25. num. 9. Ubi ita visum obseruare*  
*telatur ex Igneo quem allegat in. l. 1. in princ.*  
*numer. 58. ad Syllanian. & Covarr. in loco per*  
*eum relato. Boff. & Covarr. in locis per me re-*  
*lati supra in tit. de Carceribus & Carceratis.*  
*queas. 28. sub n. 12. Quibus addo Anafal. Ger-*  
*mon. de immunit. eccl. lib. 3. c. 16. n. 40. Ubi*  
*declarat declarationem ibi omnino videas. Vil-*  
*lagur. de extension. leg. c. fina. n. 32. Card.*  
*Tufch. practicar. conclus. in verbo Ecclesiis.*  
*conclus. 9. n. 5. & 6. Ubi pariter dicitur. di-*  
*stinctionem ibi videas. Alex. Ambros. de im-*  
*munitate eccliarium. c. 10. n. 4.*

**a91** LIMITA II. Ut illi triginta aut quadraginta passus, intra quos se extendebat eccliae immunitas, licet secundum praetlegatos Doctores videantur se extenderet etiam per viam publicam in qua adiungit aliorum Domus, & bona: verius tamen creditur, quod non extenduntur nisi quatenus extat, & durat ambitus, & circuitus ipsius eccliae, & in quo nulla alia domus praeter eas quae sunt Clericorum, seu Religiosorum illius Eccliae, de cuius immunitate agitur, aedificata sit, ita enim videtur hanc materialem declarare Alberic, in l. 2. nu. 1. vers. *Ego credo. C de his qui ad eccliam confugunt. facit tex. in c. sicut antiquitus. 17. q. 4. ponderando verbum circuitum in texto positum, quod quod illi passus intelligi debeant non per viam publicam, sed intra eccliam circuitum. & pro hac sententia faciunt scripta supra n. 287. Ubi allegati Doctores concludunt, istos triginta aut quadraginta passus extendit etiam plus ultra, quando sunt in circuitu, & ambitu Eccliae, ergo attendit ambitus, & circuitus potius quam mensura passuum. & consequenter passus praediti non per viam publicam, sed per ambitum & circuitum mensurari debent, & non plus ultra, quam se extendat talis eccliae ambitus & circuitus. & quod passus praediti intelligantur, quando sunt in circuitu eccliae, ultra praetlegatos Doctores, voluerunt S. Antoniu. in summ. par. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. vers. item nota. Oldrad. conf. 55. Ubi magistriliter loquitur, & pro hac declaratione, quae apud me verissima est, vide omnino late discernit Mar. Ital. de immunit. eccl. lib. 1. cap. 4. §. 2. per tot & §. 5. n. 8. in fin. vers. Quapropter & latius §. 6. per tot.*

**a92** LIMITA III. Ut illud de immunitate eccliae de triginta aut quadraginta passibus in eius circuitu procedat, & habeat locum, quando is qui ad eam confugit vadit ad requisita natura, ut puta ad exonerandum corpus, secus si alia de causa ad alias domus accederet, quia tunc potest capi etiam infra dictos passus. secundum Tabien. in summa in verbo immunitas. n. 13. vers. limita istud patitur. & est tex. in c. diffinitiv. 17. queas. 4. ubi facta conclusione, quod confugiens ad eccliam defendatur infra triginta passus, subdit postea per haec verba: *Sic tamen ut hi qui ad eam confugint, in extraneis vel longe separatis ab ecclia domibus nullo modo ascendant, sed in hoc triginta passuum numero, absque domorum exterranciarum recipiaculo progrediendi adiutum*

*obtinebunt, qualiter ad requisite natura usum debitis excent locis, & nullo tenentur eveni- tu necessitudinis qui dominicis se defendendos commiserint claustris. Et sic ni fallor, tex. ille non videtur concludere simpliciter, quod infra triginta aut quadraginta passus a janua eccliae quis ad eam confugiens capi non possit, sed quod si jam confugit ad eccliam & ex ea progrediens pro suis necessariis servitiis, non excedat in circuitu eccliae dictos passus, sit fe- curs & defendatur. Et ex hac declaratione, si vera est, dici potest induciam confuetudinem, de qua dicam infra n. 294 quod istorum passuum immunitas hodie non servetur, ut scilicet delinquentes, & debitores capi non pos- sint non solum in ecclesia, sed etiam extra ec- cliam per triginta aut quadraginta passus. cum neque jure Canonum hoc prohibuit cen- seatur, praterquam in eo qui jam ad eccliam confugit, & pro suis necessariis servitiis ab ec- cliae progreditur infra triginta aut quadragin- ta passus non extra circuitum eccliae, sed in circuitu, & cum ista declaratione faciunt quae- dixi supra num. 291.*

Verum de hac declaratione jure dubitari possesse existimo. Nam quod extra eccliam, & eccliae immunitatem quis possit exire ad exonerandum corpus, modo statim redeat, omnes Canonistae communiter tradiderunt in c. diffi- nitiv. 17. queas. 4. telle Decian. in tractat. cri- minal. lib. 6. cap. 27. num. 6. in fine. Volut Mantua. in conf. 60. post num. 17. Mar. Ital. de immunit. eccliae lib. 1. cap. 4. §. 7. num. 12. vers. Ratio autem, & cap. 6. §. 2. numer. 26. Ubi tamen declarat, dummodo intra fines eccliae non fuerit aliis locus opportunitus ad id perficiendum. Et quod non possit exire ad effec- tum praeditum nisi intra triginta, aut quadra- gitna passus, excepto Tabien, ubi supra al- legato, Doctorem hoc dicentem non invent. Et si Tabien declaratio esset vera, esset certe multum restrin gere immunitatem istorum tri- gitna, aut quadraginta passuum. & sic ni fallor contra mentem Doctorum.

LIMITA IV. Ut quicquid sit de jure, im- munitas hac triginta aut quadraginta passuum circa eccliam, de confuetudine non servetur, secundum Hoffien. in summa de immunit. ec- cliae. num. 8. in fine. Ubi dixit hodie hanc immunitatem in pluribus locis usurpatam. Vul- pell. conf. 230. num. 4. Navar. in Manual confessar. cap. 25. num. 18. vers. Admonemus tam- men. Alexand. Ambrosiu. de immunitat. & li- bertat. eccl. cap. 10. num. 4. & in fine prin- cipi. Ubi & ipse hanc confuetudinem admittit, videtur. Igneus, Remig. Fab. à Monteleone Boff. Covarr. & Clarus in locis per me re- lati supra in tit. de carceribus & carceratis. queas. 28. num. 12. Ubi nec ego confenserem, hanc confuetudinem, ubi vere esset probata al- iter quam ex dicto Doctorum sic afferentium, servandam esse; verius tamen est, ut dixi supra num. 291. hoc contingere non ex vi confue- tudinis, sed de jure \* communis, secundum \* quod triginta aut quadraginta passus non ex- tenduntur ultra circuitum eccliae per viam publi-

## De immunitate Eccles. Appendix.

61

publicam, sed tantum infra circuitum. Verum quando sumus in circuitu ecclesia, & tunc etiam de jure communi quoque se extendat circuitus confugientes tui sunt pariter de jure communi, & non de consuetudine, etiam quod circuitus se extendat ultra quadraginta pasus, ut pariter dixi *sopra num. 287.* Et propterea quod non sit verum hanc ecclesiam immunitatem, quo ad passus triginta, vel quadraginta, de consuetudine esse sublatam, & quatenus ad esset quod servanda non sit, pluribus docet Cardinal Tusch, praet. *concluſ. in verbo immunitas. concluſ. 59. num. 18. & seqq. uſque ad num. 24.* Quod & idem magistratice docet Mar. Italia de immunit. eccles. libr. 1. cap 4. §. 2.

### A R G U M E N T U M .

Confugiens ad Ecclesiam nunquid posset in directe, prece seu dolo ab ecclesia extrahi, & an valeat renuntiatio per eum huic immunitati facta.

### S U M M A R I U M .

*Confugientes ad ecclesiam, nec directe nec indirecte extrahi possunt, num. 295.*

*Confugientibus ad ecclesiam alimenta denegari non possunt, & num. 295. & seq. in appendice. Ibi etiam à quibus hac alimenta prefari debent.*

*Confugiens ad ecclesiam, nec in vinculis, nec in compedibus detiniri debet, n. 297. & seq. Ibi declaratur hoc non procedere in casibus exceptis in quibus Rector ecclesie debet custodire confugientes, alias tencur de sua culpa.*

*Obsideri à Curia seculari non potest confugiens ad Ecclesiam, n. 299.*

*Confugienti ad Ecclesiam bona auferri non possunt, aut aliud quocunque documentum inferri, n. 300.*

*Confugiens ad ecclesiam extrahi inde non potest dolo, & sub promissione impanitatis, n. 301.*

*Confugiens ad Ecclesiam nunquid possit sine violencia, & cum blanditiis extrahi, n. 302.*

*Renunciare aut posse confugiens ad ecclesiam immunitati ecclesie, & sic nunquid de ejus consensu possit inde extrahi, n. 303. & 304.*

*Confugiens ad Ecclesiam si sponte egressus à Curia seculari capitatur corporali pena puniri non potest, quia sufficit ei semel ad ecclesiam confugisse. num. 305. Contra, num. 306.*

### C A P U T X I X .

**295** REGULA sit negativa, quod ad ecclesiam confugientes, nec directe, nec indirecte inde extrahi possunt, & sic nec per vim expulsi. De immunit. Eccles.

sivam nec etiam per compulsivam, ut dixi *sopra num. 53. in vers. amplia rurſue,* & propter ea illis nec alimenta, nec quietiendi commoditas negari potest. Hoc enim est per indirectum ipsum cogere, vel ad discedendum de ecclesia, vel ad moriendum propriam famam, aut somnum. tex. est. in l. presenti. §. ex his ergo. C. de his qui ad ecclesiam confugunt. in illis verbis nec in ipsis ecclesiis recurrendū ita quemquam detineri, atque constringi, ut ei anquid virtualium rerum, aut negotiis, aut requies. Et ibi glos. in verbo presenti. Alberic. in princ. in verbo expelli. Fulgol. ante num. 1. Hoffien. in c. inter alia. num. 1. vers. Attamen circa hoc. extra de immunit. ecclesiar. Ubi propterea reprehendit Principes seculares, qui confugientem ad ecclesiam obsecrum detinent ad efficiū ei denegandi vellem, virtualia, & requiem. & ibi etiam Joan. Andr. num. 5. in verbo Alias Abb. num. 13. ante finem. vers. Et ex his. Cardinal. Zabarell. numero tertio, vers. Et dicitus Hoffien. Ancharan. in Clem. primā. num. 6. de paenitentia & remissione. & ibi etiam Joan. de Imol. numero 12. Card. Zabarell. num. 6. & num. 10. Et Bonifac. de Vitalian. num. 53. Hoffien. in summa de immunit. ecclesiar. num. 8. ad fin. vers. & nota quod quādū est intra ecclesiam. Silvester. in ead. verbo immunitas il. 3. num. 4. vers. Porro quādū est in ecclesia. Tabien. in ead. verbo emunitas. num. 3. vers. cod. modo. Armilla in verbo emunitas. num. 16. vers. Idem dicit de eo. S. Antonin. in summa par. 3. tit. 12. cap. 3. §. 1. vers. Porro talis quādū est in ecclesia. Decian. in tracta. criminis lib. 6. cap. 27. num. 6. Ubi amplius contraria consuetudinem non valere refutatur ex Igneo quem allegat. in l. 1. in princip. numero nono, ad Syllanian. Addo ad hanc eandem conclusionem Guido pap. Boffi. Covar. & Ant. Gozman. in loco per me relatis *sopra in tit. de carceribus & carceratis*, quādū 28. nu. 6. Anafal. Germon. de Sacrorum immunit. lib. 3. cap. 16. num. 94. Azeved. in constitut. Hispan. libr. 1. tit. 2. l. 3. num. 21. ad finem. Ubi reprehendit judices contrarium facientes. Alex. Ambrosin. de immunitat. Eccles. cap. 11. num. 7. Villagur. de extensione legum. cap. fina. num. 4. in fin. Francisc. Suarez. de stat. Religion. libr. 3. cap. 12. numero 4.

**AMPLIA I.** hanc Regulam, ut immo ad 296 ecclesiam confugienti, ab eadem ecclesia alimenta prefari debeant, si ipse confugienti aliunde non habeant unde alat, ut puta de suo proprio, vel à consanguineis, aut amicis. tex. est. in l. presenti. §. sane. C. de his qui ad ecclesiam confugunt. in illis verbis: Et ipsi per incommodum ecclesie eagentium & pauperum, alantur expensis. & ibi gloss. in verbo pauperum. Paul. de Caſtr. num. 3. Abb. in c. inter alia. num. 28. extra de immunit. ecclesiarum. Item & glos. in c. diffringit in verbo defendantur. 17. queſtione 4. & ibi Archidiac. num. 5. in fine. Bellamet. colum. fina. vers. in glos. r. & Turrecem. n. 4. Ancharan. in Clem. . . . n. 6. vers. & prosidebit, de paenitentia & remissione. & ibi etiam Cardin. Zabarell. num. 6.

F

Et

Et Bonifac. de Vitalin. *na.* 83. Angelic. *in summa in verbo immunitas*, *num.* 22. Silvestrin. *in cod. verbo immunitas*. *num.* 13. *vers.* Et ipse configiens. Armilla *in verbo emunitas*, *num.* 17. S. Anton. *in summa par.* 3. *tit.* 12. *cap.* 3. *§. 1. vers.* De expensis autem. Rosella *in verbo emunitas*, *il. 2. numer.* 13. Boer. *decs.* 303. *num.* 3. Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 3. Boff. *in tit. de Captura*. *num.* 24. Dux aliquid supra *in tit. de carcerebus*, & *carceratis*. *quesit.* 28. *numer.* 9. Villagut. *de extensione legum*. 6. *fin.* *num.* 67. Joan. Azor. *in summa par.* 2. *cap.* 9. *quesit.* 13.

**297 AMPLIA II.** Ut idem configiens ad ecclesiam non debeat ligari, nec in vinculis aut compedibus poni. addentes ad Oldrad. *consil.* 54. *litera B.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 27. *num.* 6. Anafal. Germom. *de sacrorum immunit.* *lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 93. cum allegatis per eos. Cardinal. Tulch. *practic.* *conclus.* *in verbo Ecclesia*. *conclus.* 10. *num.* 12. & *num.* 16. Villagut. *de extensione legum*. *cap.* *fina.* *num.* 4. *in fine vers.* & *nota.* Francisc. Suarez de *statu Religionis*. *lib.* 3. *cap.* 12. *numer.* 2. Mar. Ital. *de immunitat.* *eccles.* *lib.* 1. *cap.* 6. *§. 2.* *num.* 51. Dux iterum hac de re *supra in tit. de carcerebus*, & *carceratis*. *quesit.* 28. *num.* 9.

**298 LIMITA** *hanc II.* Ampliationem, nisi effusus in caelis exceptis, in quibus Rector Ecclesiae, & facerdos debet custodire, ne configiens fugiat, & si fugit tenetur de culpa, secundum Alberic. *in rubr. C de his ad Ecclesiam configiunt.* post *numer.* 3. *vers.* Et dicitur, Ancharan. *in cap. inter alia.* *num.* 8. *extra de immunit.* *eccles.* Oldrad. *consil.* 4. *n. 2.* *in fine vers.* Et quod dicitur. Decian. *in tractat. crimin.* *lib.* 6. *cap.* 6. *numer.* 9. *vers.* Sin autem Prelatus. Dux aliquid *supra in tit. de carcerebus*, & *carceratis*. *quesit.* 28. *num.* 10. Ubi propterea ex Claro *in loco ibidem relato probavi*, configientes ad ecclesiam saltim debere teneri cum bona custodia, donec fuerit cognitum, an gaudentebeant immunitate Ecclesiae. Anafal. Germom. *de sacrorum Immunit.* *lib.* 3. *d. cap.* 16. *cod.* *num.* 93. *Et licet Guido pap.* Azzaved. *in Constitut. Hispania.* *lib.* 1. *tit.* 2. *l. 3.* *num.* 21. *vers.* *Quibus de causis.* Cardinal. Tulch. *practic.* *conclus.* *in verbo Ecclesia*, *conclus.* 11. *numer.* 33. & *conclus.* 10. *num.* 13. & 14. Quem declarantem videoas. Mar. Ital. *ubi supra ad c. 6. §. 2.* *num.* 51. quem etiam bene declarantem videoas.

**299 AMPLIA III.** Ut ad ecclesiam configuiens à seculari Curia obfideri non possit secundum Hostien. *in cap. inter alia.* *num.* 2. *vers.* *Attamen extra de immunit.* Ecclesiarum. & *ibi extam* Abb. *numer.* 13. *ante finem.* *vers.* & *ex his omnibus.* Dux *supra in tit. de carcerebus*, & *carceratis*. *quesit.* 28. *num.* 9. Quod idem voluerunt Doctores omnes allegati *supra na.* 295. Anafal. Germom. *de sacrorum immunitat.* *lib.* 3. *cap.* 16. *numer.* 94. Alexan. Ambrosini. *de immunit.* *eccles.* *cap.* 11. *numer.* 7. Cardinal. Tulch. *practic.* *conclus.* *in verbo Ecclesia*. *conclus.* 10. *num.* 32. Villagut. *de extensione legum*. 6. *final.* *num.* 42. Suarez de *statu Religionis.* *lib.* 3.

*cap.* 12. *num.* 4. Ubi hanc conclusionem, quod ecclesia non possit obfideri, declarat procedere, ut scilicet obfideri non possit, ne alimenta, & vestitus, & alia ad vitam necessaria configenti deferantur, quia hoc est manifesta coalitione, que tanta eile potest, ut reus qui jam ad ecclesiam configuerat, vel se tradere, vel exire, vel mori cogeretur, secus si ecclesia obfideatur a Judice solum ad præcavendum ne reus liberetur fugiat, vel ut, si extra fines ecclesie exeat, captiatur. Hoc enim non erit contra immunitatem ecclesie, quia nulla vis fit existenti in loco sacro, sed solum obseruantur locus non facti, ut si voluntate suis qui ad ecclesiam configuerat exeat, iure capi possit, ut *ibi* Mar. Ital. *de immunitat.* *eccles.* *lib.* 1. *cap.* 6. *§. 2.* *num.* 52. Ubi aliis relatis bene docer, hoc etiam statutum esse in constitutione Gregorii xiv. & *num.* 53. post Ambrofin. quem allegat *d. cap.* 11. *in fine.* pariter declarat eandem conclusionem, & magistraliter, non procedere, quando Curia lecularis obfideret ecclesiam extra ejus fines sed custodiendum, ne qui ad eam configuit inde auferget, & commisstet aliquod crimen exceptum. Hoc enim casu, dummodo delinquenti aliquod nocibilis vel damni non inferatur, dum in loco sancto permanet, poterit secularis hanc obfideundi & custodiendi adhibere cautionem, & tunc non faciet contra Constitutionem Gregorii, nec prater eam.

**AMPLIA IV.** Ut ad ecclesiam configuiens, nec etiam bona auferri possint, nec aliud quodcumque documentum ibi inferri, ad hoc ut ab ecclesia egrediatur. *tex. ell in cap. diffin.* *tit.* 17. *quesit.* 4. in illis verbis: *Aut quodcumque nocibilis, vel damni, seu ipsi res dentibus in loco sancto inferre: & ibi etiam Archid.* post *numer.* 1. *in verbo damni.* & *in verbo ipsiis.* & Turrecr. *in summario.* Ubi generaliter dixit, quod perfonis aut rebus fugientium ad ecclesiam nulla debet inferri injuria. Francisc. Suarez de *statu Religionis.* *lib.* 3. *cap.* 12. *numer.* 3.

**AMPLIA V.** Ut ad ecclesiam configuiens, *301* inde extrahi non possit dolo; ut puta sub promissione impunitatus, & hic extra*cum* debet ecclesia restituiri, illique facta promissio servanda est. Cyn. *in l. praesenti.* *numer.* 5. *C de his qui ad ecclesiam configiunt.* ubi ponit questionem de eo, qui interiecit hominem, & fugit ad ecclesiam, & ex ea exiuit affsecratus a judice, qui ipsum non obstante affsecratus punivit ad mortem. Querit ibi, an bene fecerit judex, ponit unam opinionem Jacobi de Ravenna, quod bene fecerit, sed porflea residet in contraria sententia que fuit Petri, & respondet ad *§. neque.* *in authent. de mandatis Principum.* qua in re vide Navar. *in Manual. confessar.* *cap.* 25. *numer.* 22. *in fine.* *vers.* neque autem gaudet, ubi dixit, quod qui subdolis verbis deceptus, sponte ab ecclesia egrediatur, illius infinitate non gaudet, nec, qui ipsi impunitatus promisit, servare tenetur. Alciat. *de presumpt. reg.* 3. *¶ 1. sump.* 33. *numer.* 5. *in fine.* *vers.* *sed ad hoc respondet.* ubi loquens in promissione, quam facit judex secularis judici ecclesiastico de non puni-

## De immunitate Eccles. Appendix.

63

poniendo corporaliter, & sic non in terminis questionis nostra, qua loquitur de promissione, quam facit iudex secularis confugient ad ecclesiam, ut ex ea illum sponte exentem, extrahat, dixit judicem secularrem non teneri ferre promissioneum. Fortunian. Garzias, *in repetit. l. conventionem numero. 15. ff. de paci.* ubi distinguedo dixit, quod iudex secularis, si malefactori, qui ad ecclesiam configit, fidem impunitatis dedit, & sub haec fide ipsum ab ecclesia extrahit, & tunc debet illi fidem servare, quando sumus in casu in quo confugiens ecclesie immunitate gaudere debeat, fucus si in casu ab immunitate excepto, quia tunc tenetur servare fidem, si sub conditione promissae eum scilicet restituere, quatenus non sit in casu excepto. Quare fucus, si simpliciter, & sine expressio conditione promissae, & fidem defidet de illum Ecclesie restituendo, quia tunc tenetur fidem servare, etiam quod est in casu excepto, & in quo confugiens Ecclesie immunitate gaudere non debet, ut ibi per eum, Bajard, à Clar. *quesit. 30. numer. 2. & num. 27.* ubi referit dicta per Alciat. & per Fortuna. *in locis preallagatis,* referit etiam dicta per Cyn. *in d. l. presenti,* sed non fideliter. Et quod in casu praesertim non excepto iudex confugient ad ecclesiam teneat servare fidem, quan ei dedit, ut se extrahi permetteret, volvunt Covar. Petr. à Plach. Anton. Gomez. Flumin. Cartar. & Hieron. Cævall. *in locis per ne re-latis supra, in titulo de reo confesso, & convic-to, quesit. 1. numer. 18.2. quibus adio Joan. Azot. institut. moral. part. 2. lib. 9. cap. 9. quesit. 11. & verius sequenti,* ubi generaliter dixit, isto casu dolium in hac parte vi acquirari, Aze-ved. *in Constitut. Hispan. lib. 1. tit. 27.3. num. 13. & seq.* ubi relata opinione eorum, qui di-lerunt, hinc impunitatis a judece dcam con-fugiens ad ecclesiam, ut illum volenem ab ea extrahat, servandam omnino esse, si elicitum, pro quo configuerat, non erat de exepsi, fucus si erat exceptum; subdit postea quod si ipse iudex esset, indistincte fidem daam ser-varet, proponit contraria, & illis respondet, Mar. Ital. *de immunitate eccles.* lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 8.2. ubi, quod sibi impuet, si nimis credulus fuic seculari Curia, blandi & subdolis verbis ipsam ab Ecclesia extrahere volenti, licet si eadem secularis Curia aliquid promi-ferit, servare teneatur, etiam quod simus in casibus exceptis, Maltrill. *decis. 169. num. 12. lib. 2.* ubi simpliciter dixit, quod restituit abet Ecclesie extractus a secularibus fatellicibus, slan-dis verbis, vel impunitate promissa etiam cum juramento. & num. 13. & seqq. ubi relatis & reprobatris contrarium tenentibus, & praesertim vigore Bullæ Gregorii xiv. ampliat, etiam quod delictum sit exceptum.

**302** LIMITA + regulam propositam sic, ut modo ampliatam, non procedere, quanta confugiens ad ecclesiam ab ea sine violencia ex-trahitur, utpote cum blanditiis quia tunc extractus illius immunitate non gaudet, Anton. de Butr. *in cap. inter alia, num. 5. in verbo Violenter, extra, de immunit. ecclesiastarum, De Immunit. Euclif.*

sumpto ab eodem verbo *Violenter* argumento à contrario sensu, Hostien. *in c. final. num. 1. in fin. vers. quod si aliqui, eodem titul. de immunit. ecclesiastar. ubi tamen litera est corrupta, in verbo volentem, cum voluerit dicere volen-tum, & ibi etiam Joan. Andr. num. 2. vers. Di-xit autem Goffred. Anton. de Butr. num. 4. ubi, ni fallor, etiam ejus litera corrupta vide-detur, Cardinal. Zabarell. *colum. 2. vers. se-cundo quesit.* ubi non corrupte referit dicta per Goffred. & per Hostien. Abb. num. 10. Archidiac. *in c. frater, num. 2. in verbo Reluctan-tem, 17. quesit. 4. & ibi etiam Bellamer. ante num. 3. & Turrecrem. num. 2. in eodem verbo Re-luctantem, idem Archidiac. *in c. reum, num. 1. eadem causa & quesit.* & ibi etiam Bellamer. *in princip. Turrecrem. in c. diffinitivit. num. 1. vers. surgit. quesit. 17. quesit. 4.* Cardinal. Zabarell. *in element. 1. num. 5. de penitentia & remissio-ne.* & ibi Bonifac. de Vitalin. num. 8.1. Koel-la *in famam, in verbo Emunitas, il secundo, num. 4. ubi, quod si quis volentem de loco im-munitatis trahat, extractus ad mortem, vel a liam pecuniam corporalem, condemnari potest,* de quo particulariter dixi *infra, num. 306.* Decian. *in tractat. crimin. libr. 6. cap. 26. num. 11.* Navar. *in manual. confesarior. cap. 25. num. 1. in fine versicul. neque qui sponte egreditur.* Borgnini. Cavalcantini. *in prima parte suarum decisionum, in repertorio, versical. index ec-clesiasticus, num. 4.* Francisc. Suarez de statu re-ligionis, *lib. 3. cap. 13. num. 2.* Villagut. *de ex-tension. leg. cap. final. numer. 4.* Vide etiam, que dixi *infra d. numer. 306.***

Ubi enim sic ad ecclesiastis confugiens con-senserit se extrahit, videtur sponte immunitati Ec-clesias renuntiare, & ideo non nisi de seipso con-queri debet. Facit. text. *in l. panteant. 9. pro-inde, C. de hs, qui ad Ecclesiam confag. ar-guendo per illum text. a contrario sensu, in illis verbis: Quibus si perfuga non ab-nuit, neque consentit:* ergo fucus si consensit, Archidiac. *in cap. frater, post num. 2. in verbo Reluctantem, 17. quesit. 4. & ibi etiam Bellamer. num. 3. & Turrecrem. num. 2. in verbo Reluctantem.* & idem Turrecrem. *in cap. diffi-nitivit. num. 1. vers. surgit quesit. 17. quesit. 4.* facit text. *in cap. uxor, eadem causa & quesit. 8. ibi gloss. final. in verbo Impatetare, in fine. vers. item habes hic.* Archidiac. *num. 3. in fin. versicul. sed dic secundum Hugo nem,* & ibi etiam Bellamer. *num. 2. in fine principi.* Joan. de Vilchis *in tractat. de immunitate Ec-clesie, numer. 6.*

Contrarium, & verius, quod + renuntiare non possit immunitati ecclesie, ad quam con-fugit, eo quia tale privilegium conceleum est loco, & non perlongo, voluit Maltrill. *decis. 169. lib. 2.* ubi relatis & reprobatris contraria pluri-bus probat, nec tacite, nec expresse posse per con fugientem ad ecclesiam renuntiari illius im-munitati, & ante eum Decian. *in tractat. cri-min. libr. 6. cap. 26. num. 12.* ubi tamen fateatur, quod si confugiens ad ecclesiam vellere exire, non obstante prohibitione sibi facta à Rectoribus ecclesie, poterit illis invitari, & eo volente ex-trahi.

F f 2

trahi. Et vide in hac questione multa dicentes Mar. Ital. de immunitat. eccl. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 84. & seqq. ubi declarare nitorit, quomodo intelligatur hoc immunitatis privilegium esse concepsum Ecclesie, & non persona ad eam confugienti. Ex cuius dictis, & ex aliis supra allegatis, falvo semper meliori judicio, crederem posse concludi, quod qualibet verbalis renuntiatio, etiam per publicum Notarium, facta ab eo, qui ad Ecclesiam confugit, prorsus sit nulla & invalida, si ipse postea penitentis ab Ecclesia exire noluit, vel si Ecclesiam Rektor repugnat; praeternum dum is, qui ad Ecclesiam confugit, in eadem retinetur, & ad Episcopum devoluta est cognitio, an agitur de casibus exceptis, nec ne, & an propterre debeat Curia seculari relaxari; quod si sic ad Ecclesiam confugiens sponte & volens, Ecclesia Rectore non repugnante, ab Ecclesia exire velit, & exiverit, & tunc si extra Ecclesiam captus fuerit, gaudente non debet immunitate, & illius privilegio, quod in invitum non conferetur, politique propterea à seculari judice puniri; & sic tunc crederem opinionem affirmavimus, quod feliciter renuntiatio sic actu facta immunitati valeat, & consequenter, quod à seculari judice puniri possit, verisimiliter effe. Et propterea si is, qui ad ecclesiam confugit, in eadem Ecclesia consentiat le ligari & trahiri, tunc utique, qui a privilegeium immunitatis est locale, hoc ideo humilmodi contentus & voluntas non excusat extrahentes; sed si idem confugiens sponte Ecclesiam aggrediens consentiat se capi, & sic renuntiet immunitati, qua, dum ad Ecclesiam confugat, gaudente, talis renuntiatio valeret. Et ita credo esse veritatem.

**303** **LIMITA II.** seu † potius declara proposita regula, quod si is, qui ad Ecclesiam confugit, volens sponte egreditur ex loco immunitatis, si à Curia seculari capiatur, adhuc pena corporis afflictio puniri non potest, quia ei sufficit semel ad Ecclesiam confugisse, Armilla in summa, in verbo Emanitas, num. 12. vers. 6, etiamsi egreditur sponte, post Panormitanum, quem allegat, in cap. inter alia, de immunitate ecclesiarum, Joan. de Vlisch. in tract. de immunitate ecclesiarum, num. 54. Decian. cons. 80. num. 4. lib. 3. Joan. Azzor. inst. moral. part. 2. lib. 9. cap. 9. quaf. 12. ubi dixit, quod quamvis confugiens ad Ecclesiam ex Ecclesia egreditur, eo tamen ipso, quo semel ad Ecclesiam confugerat, illius gaudent immunitate, ita ut de jure non possit ob illud delictum amplius corporaliter condemnari.

**306** Contra, quod † imò possit corporaliter puniri volens, & sponte egreditur ex loco immunitatis, voluit Roella in verbo Emanitas, il secundo, nu. 4. & est de mente Doctorum allegatorum supra, num. 302. Decian. in tract. criminal. lib. 6. cap. 26. num. 11. ubi reprobatur Joande Vlischis contrarium tenentem in loco preallegato. Franc. Suarez de statu relig. lib. 3. cap. 12. num. 5. vers. Dixi autem, ubi firmat, quod quam diu quis in Ecclesia perseverat, tutus est, sed si inde exeat, & capiatur, corporaliter damnari potest, reprobata Sylvestrina in loco per-

cum relato contrarium sentiente. Respondetq; glossa in c. reum, 17. g. 3. Et hanc sententiam veriore credo. Et ita alias contingit, à viro fide digno audivi, quod dum quidam, qui ad Ecclesiam confugrat, ab Episcopo extractus, ad effectum cognoscendi, an deberet gaudere immunitate Ecclesie, iudex q; laicus civitatis illius non probaret carceres Episcopi, tanquam male tutos, fuit iste extractus civitatis Gubernatori confignatus; qui dum nomine Episcopi ipsum in propugnaculo retineret, donec articulus disputeretur, an immunitati locus esset, nec ne, inde post aliquos dies a fugit, & successive a Curia seculari captus, ultimo supplicio affectus est.

#### A R G U M E N T U M.

De poenis, quas incurruunt extrahentes, confugientes ad Ecclesiam propter delictum.

#### S U M M A R I U M.

Extrahentes confugientem ad Ecclesiam, puniuntur tanquam violatores immunitatis & libertatis Ecclesie, n. 302.

Violantes ecclesiasticam immunitatem, qua pene non puniuntur, num. 303.

Extractentes ab Ecclesia confugientes ad illam, panuuntur pena ultima supplicii, ut rei lese maiestatis, n. 309.

Sacrilegi pana puniuntur extrahentes cum, qui ad Ecclesiam confugit, n. 310.

Excommunicationis pana puniuntur extrahente cum, qui ad Ecclesiam confugit, & nisi extractum restituant, absoluvi non possunt, i. 311.

Excommunicati ipso jure non sunt extrahentes ab Ecclesia invitum, n. 312. Contra, n. 313.

Excommunicatio, quam incurruunt extrahentes invitum ab Ecclesia, non est reservata Summa Punitio, n. 314. Contrarium verius, n. 315. & seqq.

Pecunioria pana puniri possunt extrahentes invitum ab Ecclesia, n. 317. Licet alii contra, n. 31. & seqq.

Arbitria pana puniri possunt extrahentes invitios ab Ecclesia, n. 320.

Extrahentes invitum ab Ecclesia, tenentur ad damnum & interesse passa per extractum, n. 311.

Pena extrahentium invitios ab Ecclesia locum habet, etiam non sequento effectu, num. 322. Declara, ut sola cogitatio non producta ad aliquem extraneum actum, non sufficit, num. 323.

Penas extrahentium invitios ab Ecclesia, incurruunt non solum birruant, exequentes, seu alia privata personae, que confugientes per vim extrahunt de mandato judicis secularis, seu alterius superioris magistratus, sed etiam

## De immunitate Eccles. Appendix.

65

*etiam ipse iudex aut superior magistratus sic mandans, n. 324.*

*Auxilium praesantes extrahentibus confugientibus ad Ecclesiam, an, & quomodo puniantur, n. 324. in fin.*

*Pena extrahentium invitum ab Ecclesia, habet locum etiam contra extrahentes aliquem ad bonum finem, utpia pro componenda pace, & evitandis scandalis, n. 325.*

*Ignotantia Constitutionis Gregorii XIV, de immunitate Ecclesiarum, allegari non potest, n. 326.*

*Seculares judices & magistratus non solum prohibentur confugientes ad Ecclesiam capere, & extrahere, sed etiam eos perquirere in Ecclesia, n. 327.*

*Extrahentes ab Ecclesia invitum, nunc quid exscentur allegando causam aliquam injus-  
tiam, & coloratam, n. 328.*

*Conscutudo an excusat eam pana extrahentes in-  
vitum ab Ecclesia, num. 328.*

## CAPUT XX.

**307 REGULA** sit, quod t̄ extrahentes ab Ecclesiis eos, qui ad eas confugint, timore judicium, ne capiantur, puniuntur tanquam violatores immunitatis & libertatis ecclesiastice, sic enim expresse caverit in Bulla Gregorii XIV, in illis verbis: *Quod si quis, &c. quovis praeexti quicquam praeferat contra hujus nostra Constitutionis tenorem attentare præsumperit, declaramus cum ipso facto censuram & panam eisdem incurre, que contra libertatis, juris, & immunitatis ecclesiasticae violatores per sacros canones, Conciliorum, generalium & nosfrorum predecessorum Constitutiones sunt promulgare. Que quidem Constitutionis verba, alia iura, hoc idem probantia, reuelat. Alex. Ambrofin. De immunitate. & libertate eccles. cap. 1. numer. 2. & cap. 15. in princip. Mar. Ital. in eodem tract. de immunitate, eccles. lib. 1. cap. 6. §. 2. numer. 1. & sequentib.*

**308** Poena t̄ autem violentium ecclesiasticam immunitatem que sit, cum Gregorii Constitutio, nec facio[n]um Tridentinum Concilium cap. 20. fessi 25. de reformatione, non apertat, vide Tabien. in summa, in verbo Immunitas num. 21. S. Antonin. in summa, part. 3. tit. 12. c. 3. §. 3. in pris. Rosella in verbo Immunitas, il 1. num. 8. vers. 8. quia pana violentium immunitatem.

**309** A **AMPLIA I.** propositam regulam, ut t̄ extrahentes confugientes ad Ecclesiam, puniantur pena ultimi supplicii, & lege maiestatis criminis tenetur, tex. est in l. 2. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiant, in fin. in illis verbis: *Sci-  
at se maiestatis crimen esse restringendum, & ibi Azo addit ei: capite punietur. Odofred. ante  
numer. 1. ubi reddit rationem, quod si latra ma-  
iestatis crimen committit is, qui maiestatem terrestrem offendit, multo fortius, qui offendit eccl[esi]am. Item est text, in l. paseant. §. proin-  
de, C. codem, ubi dicitur, capitalem penam esse propositam iis, qui ad Ecclesiam confugi-  
entes invadere combantur. Alius text, in l.*

*De Immunit. Eccles.*

*presenti, in fine princip. C. codem, in illis ver-  
bis, Capitali. & ultimi supplicii animadver-  
sione praetendit. Hoffien. in cap. inter alia, nu-  
mer. 1. post med. vers. Attamen, extra de im-  
munitate, ecclesiar. Archidiacon. in cap. miror.  
post num. 1. 17. quest. 4. & ibi etiam Turrecrem.  
in verbo Offenditur, Anchar. in Clement. 1.  
num. 7. de penitentia & remissione, & ibi eti-  
am Joan. de Imol. numer. 12. Cardin. Zabarell.  
num. 7. & Bonifac. de Vitalin. numm. 84. Azo in  
summa, C. de his, qui ad eccles. config. num. 3.  
Hoffien in summa, de immunitate eccles. num. 8.  
in fin. & numer. 16. vers. sed secundum legem.  
Angelic. in summa, in verbo Immunitas, num.  
21. Silvettin. in codem verbo Immunitas, il.  
3. num. 4. vers. quod si quis contraficerit, &  
num. 12. Tabien. in eodem verbo Immunitas,  
num. 13. in princip. S. Antonin. in summa,  
part. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. vers. Quod si quis con-  
traferit, Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap.  
28. il. 2. num. 2. & 3. Mantua. conf. 60. num. 6.  
Decian. conf. 80. num. 8. lib. 3. Et hanc con-  
fessionem sequuntur fuit etiam Odofred. Berber Gig.  
Monticell. Clar. & Menoch. in locis relatis per  
me supra in tit. de carceribus & carceratis,  
quest. 28. num. 2. & num. 5. ad med. quibus  
addo. Anatal. Germon. de sacrorum immuni-  
tate, lib. 2. cap. 16. num. 6. Alexan. Ambrofin.  
de immunit. & libert. eccles. c. 1. num. 2. &  
cap. 15. n. 5. & num. 6. Card. Tuſc. pract. con-  
clus. in verbo Ecclesia, conclus. 8. num. 2. &  
num. 4. ubi propterea quod intrat p[ro]ca confi-  
cationis. Petr. Greg. Symmag. juris, lib. 33.  
c. 21. n. 2. Lud. Peguer. in sua pract. crim.  
c. 26. n. 5. ver. item & lex secunda. Francile.  
Suarez. de statu Relig. lib. 3. cap. 13. n. 7. ver.  
sed querat aliquis, Joan. Azor. insit. moral.  
part. 2. lib. 9. c. 9. q. 12.*

**310 A MPLIA II.** Ut t̄ extrahentes confugi-  
entes ad Ecclesiam, poena capitale puniantur,  
Archid. in c. frater, numer. 3. in verbo Euro-  
rem. 17. quest. 4. & ibi etiam Turrecrem. post  
numer. 3. Armill. in summa, in verbo Emuni-  
tas, num. 6. Mantua. conf. 21. numer. 7. in fin.  
Decian. conf. 50. num. 5. lib. 3. Foller. in pract.  
crimin. canon. quem allegavi supra in tit. de  
carceribus & carceratis. quest. 28. numero 2.  
ad fin. cap. 17. §. ut si est sacrilegium, num. 8.  
Petr. Gregor. Symmag. juris, lib. 33. c. 21. num. 2.  
Francile. Suarez. de statu Relig. lib. 3. cap. 15.  
num. 4. Card. Tuſc. practicar. conclus. in ver-  
bo Immunitas. conclus. 59. numer. 14. Francile.  
Leon. in thesaur. fori ecclesiastici par. 1. cap.  
13. numer. 5. Alexand. Ambrofin. de immuni-  
tate, eccles. cap. 1. num. 2. & cap. 15. n. 1.

**311 A MPLIA III.** Ut extrahentes confugi-  
entes ad Ecclesiam, incurvant excommunicatio-  
nis penam, à qua absolvit non possunt, nisi ex-  
tractum restituunt, text. est apertus in c. sicut  
antiquitus, in verbo Excommunicetur. 17. que-  
st. 4. item & text. in c. frater, eadem causa &  
questione, in illis verbis: *Merito indigne esse  
Iacra communione, judicavit. Ubi propterea  
Pontifex confirmavit excommunicationem la-  
tam contra duos cives Beneventanos, qui invi-  
tum ab Ecclesia extraherant. Et ibi presertim*

F 3

Turre-

Turrecrem. num. 1. in summa alias text. in c. miror, eadem causa & quassione, in illis verbis: *Communionem tibi interdicto.* & ibi Turrecrem. in summa item & text. in c. diffinivit, 27. quæf. 4. ubi relato Concilio Tolentano contra extrahentes confugientes ad Ecclesiæ, vel in ea residentes subdit: *Si quis autem hoc decretum tentaverit violare ecclesiastica excommunicationi subjeccat.* Goffred. in summa, rubr. in immunit. Eccles. num. 18. Hostien. in ead. summa, num. 14. Angelic. in summa, in verbo *Immunitas*, num. 21. vers. *De jure canonico.* Silvestrin. in eodem verbo *Immunitas*, el 3. num. 12. Tabien. in eodem verbo *Immunitas*, num. 13. Armilla in verbo *Emunitas*, num. 16. Decian. in tracta, crimin. libro sexto cap. 28. il 2. num. 1. Mantua, conf. 60. num. 6. Ludovic. Peguer. in pract. crimin. c. 16. sub nu. 5. vers. *Præterea text.* Franciscus Suarez de statu Religionis. lib. 3. cap. 3. numer. 7. vers. sed queris aliquis, Alexand. Ambrosio. *de immunit. eccles.* c. 15. num. 4.

312 LIMITA † hanc tertiam ampliationem, ut Ecclesiæ violatores, extrahendo invitum ab Ecclesiæ, non sint ipso jure excommunicati. Sic enim est de mente omnium Doctorum mox supra allegatorum, dum dicunt, extrahente invitum ab Ecclesiæ debere excommunicari; ergo antea non est excommunicatus. Et in specie sic voluerunt Marian. Socin. in c. noverit, num. 5. vers. & ex predictis infertur, de sentent. excommuni, ubi refert & reprobatur contrarium tenentes. Turrecremat. in c. omnes, num. 1. & in c. sicut antiquitus, numer. 2. in fin. in verbo *Excommunicetur*, 17. quæf. 4. Goffred. in summa rubr. in immunit. Eccles. num. 18. Francisc. Suarez de stat. Religionis. lib. 3. cap. 3. num. 7. sub vers. sed queris aliquis. Et fine dubio præmissa conclusio negari non potest, quia de jure communi communiter recepta extulisti.

313 Contrarium, quod † imò extrahens invitum ab Ecclesiæ, sit ipso jure excommunicatus, scripsit Borgnini. Cavalcan. in 2. part. suarum decisionum, in repertorio, vers. *Judex ecclesiasticus*, num. 8. qui tamen alternative loquendo dixit, sic extrahentem, aut ipso jure esse excommunicatum, aut saltim excommunicandum. Sed vigore Constitutionis Gregorii XIV. quod imò excommunicationis pena, una cum aliis à sacris canonibus inflicta ipso facto incurrit, faciunt verba ejusdem Constitutionis relata *sapra numer. 308.* & per Mar. Ital. de immunit. Eccles. lib. 1. c. 6. §. 2. num. 29. & seqq. ubi vide, & hoc verius.

314 LIMITA II. eandem † tertiam ampliationem; quia excommunicatio, de qua agitur, non est de reservatis Summo Pontifici, & ideo ejus absolutio dari potest etiam ab Ordinario, secundum Marc. Anton. Genuen. in sua practic. Archiepisc. cap. 22. numer. 3. & seqq. ubi, quod ita in illa Curia apud eum judicatum, & servatum fuit; ea motus ratione, quia licet Constitutione Gregorii eos, qui contra aut præter illius formam aliquid attentare præsumperint, declarat ipso facto incurrit omnes

penas & censuras, que contra libertatis, juris, & immunitatis ecclesiasticae violatores, per factos canones Conciliorum generalium, aliorumque Pontificum constitutiones promulgatae sunt. Et in Bulla *Cœna Domini*, cap. 16. Pontifici reservata sit ab soluto excommunicationis latæ contra violentes libertatem ecclesiasticam, & propterea sic pariter videatur reservata ab soluto excommunicationis in casu violationis immunitatis Ecclesiæ, quo ad extrahentes invitos fugientes ad illas, per regulam, quod relatum dicatur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus. Attamen (inquit ipse) cum reservatio absolutionis ab excommunicatione nunquam cœnatur facta, nisi exprefse dicatur, cap. nuper, de sentent. excommunicatione. ideo non intrat regula præmisæ, quia relatum in referente non includitur exprefse, sed tacite, cap. penultim. de jurejurando, Gambar. de autoritate Legati, in exordio, num. 35. ultra quod, ut poitea habuit Bulla in Cœna Domini, non excommunicari generaliter omnes violantes libertatem ecclesiasticam; ergo ubi quis non condit statuta contra ecclesiasticam libertatem, non incurrit excommunicationem Bullæ Cœna Domini, prout in terminis voluit Bart. Ugolin. de censori Pontifici reservatis, in commentario ad dictam Bullam Cœna Domini, §. 4. in s. limitat. allegat gloss. in c. cum pro causa, de sentent. excommunicat. & Marian. Socin. in c. noverit, num. 5. vers. & ex predictis infertur, de sentent. excommunicat.

Contrarium, & verius, quod † imò ab soluto excommunicationis, de qua agitur, sit Pape reservata, & quod propterea Ordinarius ab ea extrahente invitum ab Ecclesiæ ab solvere nequeat, probatur in extravaganti Pauli Secundi de penitentia & remissione, c. 3. inter extravagantes communes, ubi inter causas Sedi Apostolicae reservatos, & exceptos, ponit *offensam ecclesiastica libertati factam.* Et magis in specie hoc idem declaravit Clemens VIII. dum confessariis quibuscunque prohibuit, ne abolerent in pluribus causis Sedi Apostolicae reservatis, & praesertim in causis contentis in die Cœna Domini clare vel dubio, & violationis immunitatis Ecclesiæ in terminis Constitutionis Gregorii XIV. Quod quidem Clemensis Decretum refert Steph. Quarant. in summa Bullarum, in gloss. causis reservatis, fol. mīhi 167. & Mar. Ital. de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 31. & seqq. Et Clementis Decretum fuit innovatum, & approbatum à Sanctiss. D. N. Paulo V. quodque absolutio hujusmodi Sedi Apostolicae sit reservata, firmatum fuit ab Illustrissimis S. Conciliis Tridentini interpresibus de mente Decembr. 1617.

Iude non bene loquitur M. A. Genuen. in loco *præallegato*, dum contrarium sententiam defendere ausus est; qui extravaganti Pauli II. & decreta Summorum Pontificum Clemensis & Pauli V. aut non vidit, aut non consideravit; quin imò in libro ejusdem Genuensis novissime impresso, hoc capitulum cum quāpluribus aliis non legitur.

AMPLI-

De immunitate Eccles. Appendix.

67

**317 AMPLIA IV.** Ut † extrahentes confugientes ad Ecclesiam, possint ultra excommunicationem pecuniaria puniri, text. et *in cap. si quis in atrio*, 17. g. 4. ubi amplius, quod hoc pecuniaria pena, que pro violata immunitate Ecclesie solvit, applicari debet ipsi violata Ecclesie, & *ibi præfertum Turrecremat.* *in summario* dicit, quod danda est Episcopo, Hollien. *in summa de immunitat. eccl. num. 14.* abi etiam, quod hæc pena quandoque est 30. libarum examinati argenti, & quandoque noningentorum solidorum, *juribus ibi per eam allegatis.* Et quod debet reddi illi persone, vel loco, cui facta est iniuria. Ad que vide etiam idem dicentes, Angelic. *in summa, in verbo Immunitas, num. 21. versic. de jure canonico, Sylvestrin.* *in evd. verbo Immunitas, il 3. numer. 12.* Thabien. *in codem verbo Immunitas, numer. 13. versic. de jure vero canonico.* Decian. *in tract. crimin. libr. 6. cap. 28. il 2. numer. 4.* Hanc eandem conclusionem sequuntur Paul. de Castr. Joan. Berber. & Jodoc. per me relati *supra in tit. de carceribus & carceratis, quæst. 28. numer. 5.* Cardinal. Tuſch. *practicar. conclus. in verbo Ecclesia, conclus. 8. num. 1.* Alex. Ambroſin. *de immunitate & libertate ecclesiastica. c. 15. n. 1. & 2.*

**318 LIMITA** † hanc quartam ampliationem secundum aliquos, ut hæc pecuniaria pena recessit ab aula, & in defuetu[m]en]tum abilit, Decian. *in tract. crimin. libro sexto, cap. 28. il 2. numero 4.* post gloss. Angel. de Castr. & Clar. *in loco per eum relatis.* Quos etiam refert & sequitur Ludovic. Peguer. *in sua praxi crimin. numer. 2. cap. 16. numer. 3. vers.* Verum tamen est.

**319** Verum † cum omnes penæ a sacris canonicis & concilii contra violantes Ecclesiarum immunitatem sint renovatae per Concilium Tridentinum, & per Constitutionem Gregorii XIV. parum curandum est, quod antea hæc pecuniaria pena ab aula recesserit, ut admonui *supra in tit. de carceribus & carceratis, quæst. 28. sub numer. 5.* & voluit Cardin. Tuſch. *practic. conclus. in verbo Ecclesia, conclus. 8. num. 11.* ubi in specie reprobant gloss. *inc. cum multe, in gloss. 3. 15. quæst. ultim.* volentem, pecuniarias penas ab Ecclesia non exigunt; inquit enim *ibi* Tuſch. *hæc gloss. vera non est, tunc quo ad temporalem jurisdictionem, tum quo ad ecclesiasticam;* cum secundum Concilium Tridentinum *seſſ. 25. c. 14.* pecuniaria penæ ab Ecclesia impouit, nisi locis applicentur, & voluit Felyn. *in e. irrefragabil. § caterum, n. 3. & seq. de cſſ. ordin.* & latius dixi *in tract. de heresi, quæſt. 193. num. 109. & seq.* & in specie etiam hoc idem dixit Alexand. Ambroſin. *de immunit. & libertat. eccl. cap. 15. num. 3. & num. 4. in fin.* Et hujus conclusionis affterri potest ratio; quia scilicet etiam Episcopus habet sicum, secundum veriorem & magis communem Doctorum sententiam, de qua per Felyn. *in d. cap. irrefragabil.* Et firmavit Rota coram illustrissimo Cardinali Lancellotto juniore in Tridentina damnorum datorum, Lunæ 9. Decembr. 1602. Et alibi dixi.

**320 AMPLIA V.** Ut † extrahentes ab Ecclesia confugientes ad eam, possint arbitria pena maxima, *in verbo Componas*, 17. g. 4. Hollien. *in summa de immunitat. eccl. num. 14.* ubi propterea dixit, quod pena pecuniaria, que extrahent invitum ab Ecclesia imponitur, quandoque major, & quandoque minor inventur. S. Antonius. *in summa, par. 5. tit. 12. c. 3. g. 3. vers.* *Violatores quoque ecclesiastice immunitatis, Jodoc. in pract. crimin. 106. rubr. de violatione temporum, num. 4.* Dixi aliquid supra in tit. de carcerib. & carceratis. quæſt. 28. sub numer. 5. Joan. Guttier. *practic. quæſt. lib. 3. quæſt. 4. post numer. 11.* Ludovic. Peguer. *in sua pract. crimin. c. 26. num. 5. in fin.* Alex. Ambroſin. *de immunit. & libert. eccl. c. 15. n. 7.*

**321 AMPLIA VI.** Ut † extrahentes confugientes ad Ecclesiam, amplius ultra penam, quam sic extrahendo incurvant, teneantur ad damna & interesse passa per extraclum, Jodoc. in pract. crimin. rubr. de violatione temporum, c. 106. num. 4. Dixi *supra in tit. de carceribus & carceratis, quæſt. 28. num. 5.* Francisc. Suarez de statu religione, lib. 3. cap. 13 num. 7. in fin. & num. 8. & seqq. usq; ad num. 15. ubi format quæſionem, an iudex aliquem extrahens violenter ab Ecclesia, non folum contra Ecclesiam, sed etiam contra ipsum hominem, cui vim infert, delinquere dicatur, & consequenter, an illi contra justitiam commutativam injuriam infert, ita ut subinde teneatur ad restitutionem dannorum sequitorum. Arguit primò pro parte negativa, & deinde partem affirmativam, quam probabiliorem existimat, pluribus comprobat; quam etiam tenet, & amplectitur Alex. Ambroſin. *de immunit. & libert. eccl. cap. 15. num. 7.*

**322 AMPLIA VII.** Ut extrahentes confugientes ad Ecclesiam, penas prædictas incurvant, etiam effectu non sequuntur, & sic non extractio confugiente, cum isto casu sufficiat sola extrahendi attentatio, text. et *in l. 2. c. de his qui ad eccl. confug. in illis verbis:* *Si quisquam contra hanc legem venire tentaverit.* Et sic aperte appetit, quod sola attentatio punitur, ut *ibidem* adnotavit *glos. in verbo Tentaverit, & Salte. num. 1. vers. & nota.* facit tex. *in l. pante-* *ant. C. codem,* in illis verbis: *Si qui eos conser-* *tur invadere.* Et sic etiam solus conatus punitur. Item & text. *in l. presenti. C. codem, in* *principi.* in illis verbis: *Ausi fuerunt tentare.* Et ibi præfertum Odofred, num. 4. Fulgoſ. num. 2. & de jure canonico text. et *in c. diffinivit. 17. quæſt. 4.* in illis verbis: *Si quis autem hoc decretum tentaverit violare.* Et sic pena excommunicationis, de qua in illo textu, non solum imponitur violanti Ecclesiæ immunitatem, sed etiam tentanti illam violare, Decian. quem etiam allegavi *supra in titul. de carceribus & carceratis, quæſt. 28. numer. 4. in tractat. cri-* *minal. lib. 6. cap. 27. numer. 5.*

**323 LIMITA** † hanc seſſimam ampliationem, ut sola cogitation ad tractatum seu alium extrinſicum actum non perducta, non sufficiat ad in-

Ff 4

cur-

currendum pcam, *l. præsenti, in prin. C. de bis qui ad eccl. config.* in illis verbis: *Aut nuda saltim cogitatione atq; tractatu, & sic in ea l.* Imperator copulativa requirit ad hujus pcam incursum, & cogitationem, & tractatum, & ibi adnotarunt glofi in verbo *Cogitatione*, Azo. num. 2. & 3. in verbo *Nuda cogitatione*, Bellapert. col. 1. vers. sed opponitur, Alberic. num. 1. in verbo *Tractatu*, & Salyct. num. 1. Ad idem text. in c. *sicut antiquis 17. quæst. 4.* in illis verbis, *Confringere tentaveris*. Hanc eandem declarationem sequuntur fuit Jo. Andr. Henr. Boic. Gemin. Franch. Alex. Monticell. & Menoch. *in locis per me relatis supra in sit. de carceribus & carceratis*, q. 28. num. 4. Alexan. Ambrofio. *de immunit.* & libert. eccl. c. 15. num. 6. Mar. Ital. *de immunit. eccl.* lib. 1. c. 6. §. 2. n. 54. & seqq. plurib. ubi etiam discutit, *an ultra cogitationem sufficiat tractatus de extrahendo, absque eo, quod eventu fuerit adliquam extrahendi proximum actum.*

A MPLIA VIII. Ut t̄ excommunicationis, 324 & alias pcamas prædictas incurvant non solum birruari, exequitores, seu aliae private persona, quæ ad Ecclesiæ configientem per vim extrahunt de mandato judicis secularis, seu alterius superioris magistratus, sed etiam ipse iudex, aut superior magistratus sic mandans, ut per Marc. Anton. Genuen. *in præx. Archiepiscopali*, c. 26. num. 7. ubi hujus conclusionis tripli- cem reddit rationem. Primo, quia licet Bulla Gregorii xiv. non facit mentionem de mandante configientem extrahi, & de extractum non restituente, extendit tamen ad illud omnino debet, ne alias elusoria reddatur, prout facile contingere, cum ut plurimum extractio fieri soleat ab hominibus simplicibus, & ignariss., & ideo si judices hoc mandantes non punirentur non restituendo, absq; dubio eadem defraudaretur. Secunda est ratio, quia Bulla excommunicat & punit attentantes aliquid præter vel contra ejus formam; sed iudex, qui mandavit extracti, vel si non mandavit, extractum non restituit, contra Bullam facere, & attentare dicitur; ergo illius pcamas incurrit. Dicitur enim quis committere in legem non solum, qui contra ejus verba facit, sed etiam, qui contra mentem legis. Præterea & 3. loquitur Bulla de omnibus personis quavis dignitate præfulgentibus, & ideo intelligi debeat etiam de judicibus & superioribus mandantibus, qui dignitate præfulgent. Nec disserit Mar. Ital. *de immunit. eccl.* lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 35. & 39. ubi etiam loquitur de eo, qui ablique mandato ab alio extractum utpata confanguineo offensi detinet; de quo etiam per eundem Genuensem, d. cap. 26. num. 6. vers. & sic dicatur. faciunt scripta per Francisc. Suarez de statu relig. lib. 3. cap. 13. numer. 17. ubi de iudice non extrahente ab Ecclesiæ, sed capiente extractum à persona privata, que jam cum extractibus.

Et de præstante auxilium extrahentibus con fugientes ad Ecclesiæ, vide, que generaliter dixi in titul. de confutoribus & auxiliatori bus, & in specie Mar. Ital. *de immunit. eccl.*

lib. 1. cap. 5. in initio, num. 16. in fin. verf. O<sup>m</sup>nis qui auxilium &c. & latius cod. cap. 5. §. 16.

AMPLIA IX. Ut t̄ pcamas extrahentium 325 invitum ab Ecclesiæ, habeant locum etiam contra extrahentes aliquem ad bonum finem, utpata ad finem componendi pacem, & evitandi scandala, cum Constitutio Gregorii xiv. extractionem prohibeat pro quavis causa; sic enim apud eum refolutum fuisse, tellatur Marc. Anton. Genuen. *in sua præctica Archiepiscopali*, cap. 22. num. 9. ubi propterea dixit, restitutum fuisse Ecclesiæ Montis Dei quendam nobilem Neapolitanum, qui provocaverat ad singularē certamen alium nobilem, & donec veniret tempus statutum ad certamen, contulerat se ad dictam Ecclesiæ, ne impeditur à Curia seculari; que propterea, ad finem componendi pacem, ipsum ab Ecclesiæ extraxerat; poterat enim, inquit ibi Genuen. alio modo scandalis obviare, vel apponendo custodes, vel auctando Episcopum, qui prouideret.

AMPLIA X. Ut t̄ aduersus incursus pcamas 326 runt à Constitutione Gregorii xiv. impoñatur, allegari non posse ejūdēm Constitutionis ignorantiæ; licet enim eadem constitutio in contraventione, & illius pcamarum incursus utatur verbo *præsumperit*, quod videtur arguere dolum, & si excludere ignorantiam, prout sic argumentatur Mar. Ital. *de immunit. eccl.* lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 38. & seqq. ubi etiam proponit contraria, & illis respondere conatur. Verius tamen credo, nullo pacto Constitutionis prædictæ ignorantiam allegari posse, nedum præsumi, rationibus ibi per eundem Italiam in contrarium adducitis. Quibus an sufficienter responderit, eum legitio, & considera; & prætermittat id, quod contra ejus sententiam dicitur, Constitutionem ligare etiam ignorantes, quando, prout in casu nostro, imponit pcamam pro delicto alias de jure prohibito, ad ea, que dixi in quæst. 24. numer. 16. & latius in fragmentis criminalibus, in verbo *Bannimenta*, numer. 9. & seqq. dum ipse nictur respondere, hanc objectionem non obstat ex eo, quod, in Constitutione Gregorii ante verbum *Præsumperit*, adiungit alia illa verba: *Aus contra hujus Constitutionis tenorem, &c.* ex quibus verbis concludit, ejūdēm Constitutionis pcamas non incurri, nisi ab eo, qui illius scientiam habet; advertere etiam debebat aliam clausulam in fine Constitutionis positam, ubi dicitur: *Ut autem praesentes literæ ad omnium notitiam faciliter deducantur, mandamus illas in valvis Sanctæ Joannis Lateranen. & Principis Apostolorum Basilicarum de Urbe, nec non Cancellaria Apostolica de more affigi, & publicari, & earum etiam exemplis imbre affixis, & dimisib; ac post publicationem hujusmodi volumus, & decernimus, ut omnes & singulos, quos concernunt, & concernent in futurum, perinde arcent, & affiant, ac si coram cibilib; personaliter intime fuisse.* Quare si sic publicata Constitutione habetur, ac si unicuique personaliter intimata fuisse, ergo cessat ratio Italæ, quod non affici-

## De immunitate

69

afficiat eos, qui scientiam non habent; ultra quod eo ipso, quod constitutio est publicata, non presumitur illius ignorantia, secundum gloss. in cap. 8. in verbo *Ante probationem, extra, de constitutionib. & ibi Innocent. numer. 1. in verbo Ignorantes, Holtiens. num. 6. Henric. Boic. num. 5. vers. aut quevis, Bellamer. num. 7. vers. aut nullam causam, Butr. num. 13. Zabarell. colum. 2. in fin. versic. quinto oppono, Abb. num. 8. Felyn. num. 8. Berol. num. 83. versic. in constitutionibus vero Principiis, & Mantua. num. 51. & alibi dixi.*

**327 AMPLIA XI.** Ut à secularibus judicibus & magistratibus non solum prohibitum sit confugientes ad Ecclesiam capere, & extrahere, sed etiam eos perquirere. Hoc enim perquerendi munus spectat ad economonum Ecclesie, non autem ad laicalem iurisdictionem, prout est text. in l. presenti in fin. C. de his, qui ad Ecclesiam confug. dum ibi expresse statuitur per hac verba. Inter haec autem, que scedula ad religiosi economi fratre defensoris Ecclesie sollicitudinem curam, reficiunt, erit etiam illud observandum, ut singulorum intra Ecclesias confugientium, personas, causasq. incessanter conquirant, deinde judicet, vel eos, ad quos cause & personae pertinent, instantius intruant, & aquitatis convenientia diligenter exequantur. facit text. in cap. 2. de immunitat. eccles. in 6. ubi statutur, quod nullus in Ecclesia seditionem excite, conlacionem moneat, impetrumve committat. Et paulo infra in illis verbis: *Sint postremo quaecumq. alia, qua diuinum possunt turbare officium, aut oculos Divine Majestatis offendere, ab ipsius proscriptis extraene.* Et iterum infra in illis aliis verbis: *Cesset in Ecclesie fori cujuscunq. tumultus, omnis in eius secularium iudiciorum strepitus conquefcat, nulla inibi causa per laicos, criminalis maxime agitetur, sint loca endem à laicorum cogniti- nibus aliena.* Ex quibus quidem verbis, quin etiam sit prohibitum seculari Curiae delinquentes in Ecclesia perquirere, dubitandum non est. Et in terminis sic voluit Franc. Marc. decisi. 113. part. 1. ubi ampliar etiam in casibus, in quibus confugiens non gaudet immunitate Ecclesiarum. Et est verissima ampliatio, licet non passim à Doctribus, quos viderim, tractata.

**328 LIMITA I.** Proponit regulam, qui extrahens ab Ecclesia, excubabit, si ad sui excusationem habuerit aliquam causam etiam inju- flam, & coloratam, si credendum est, prout credidi non debet, Decian. in tractat. crimin. lib. 6. cap. 28. il. secundo, num. 5. ubi refert ad causum, in quo scribentes contraria dicant; tunc enim causa non dicetur injusta, sed justa; alioquin injusta causa non excusat, cum simus in prohibitis à iure naturali, & divino jad ea, quae dixi supra in titul. de penit. temperandis, queſt. 90. num. 58. & seqq. &c. Ideo Deciani opinio, quod causa injusta excusat, rejicienda.

**LIMITA II.** tandem regulam, ut à ponens & censuris, quas incurruunt extrahentes invi- tum ab Ecclesia, excusat contraria consuetudo, quamvis, ut supra dixi, num. 15. & seqq. nul-

## Eccles. Appendix.

la, & invalida, sed potius corruptela censenda sit, si credendum est Deciano, quem pariter allegavi *Supra in tit. de carceribus & carceratis, quæſt. 25. numer. 2. in fin. & in tract. crimin. lib. 6. cap. 27. num. 5. & 6. & cap. 28. il. secundo, num. 6.* ubi eam reddit rationem, quia cum immunitas Ecclesiarum, secundum eum inducta sit de jure positivo, certum, & consuetudinem postea juri positivo derogare, cap. final. de *confuetudine*, cum aliis per eum relatis, refert eum, sed non sequitur A ex. Ambroſin. in tract. de immunit. eccles. cap. 14. numer. 11. sub vers. non refutant predicitis.

Contrarium, quod constituto non excusat à penis & censuris predictis, extrahentes invitos confugientes ad Ecclesiam in casibus non exceptis, multo verius esse, probat Alexani. Ambroſin. ubi *Supra cap. 15. num. 8.* ubi dixit, in omnium ore sit, quod consuetudo etiam ini- quia excusat à pena temporali, ex allegatis ibi per eum, non tamen excusat in his, quæ de fui natura mala & detestabili sunt, cap. flagitia, 13. queſt. 7. cap. abſicuntur, 32. queſt. 9. cum alii ibi per eum relatis. Et hodie cum, ut dixi, Constitutio Gregorii xiv. collat & impro- bret omnes contrarias consuetudines, res vide- tur esse extra difficultatem, ex illa communis conclusione, quod consuetudo à Principe vel à lege reprobata, non excusat à pena, ex allegatis per me *Supra in tit. de penit. tempe- randis, queſt. 95. num. 43. & in fragmentis, in verbo Consuetudo, num. 722.*

## ARGUMENTUM.

Confugiens ad Ecclesiam impunitus dimitti non debet, sed puniri, & qua pena.

## SUMMARIUM.

Confugiens ad Ecclesiam, licet invitatus extrahi non posset, non tamen ab ecclesiastico judice impunitus dimitti debet, n. 329.

Confugiens ad Ecclesiam poterit ab ecclesiastico judice paniri pena pecuniaria, n. 330.

Confugiens ad Ecclesiam, ab ecclesiastico judice condemnari potest ab damna & interesse pafſa per eum, in quem deliquit, n. 331. & seq. ubi etiam, an ultra damna & interesse potest in aliam panam condemnari.

Confugiens ad Ecclesiam paniri potest ab ecclesiastico judice pena exili, n. 333.

Confugiens ad Ecclesiam, condemnari potest ab ecclesiastico judice in detractionem monasterii, ad peragendum penitentiam. Declara- ut num. 334.

Pena corporali ab ecclesiastico judice paniri non potest is, qui ad Ecclesiam confugit, n. 335.

Pena carceris paniri non potest ab ecclesiastico judice is, qui ad Ecclesiam confugit, n. 336.

Contra, n. 337.

Con-

**Confugiens ad Ecclesiam**, qui impunitus dimitti non debet, puniendus est non à judice seculari, sed ab ecclæstico, aliqua pena non corporali, n. 330. Licit alii contra, n. 338.

**Confugiens ad Ecclesiam**, si dimissus fuerit punitus aliqua pena non corporali à judice ecclæstico, non potest amplius accusari pro illo crimen, pro quo confugit, & punitus fuit, num. 340.

## C A P U T X X I.

**REGULA** sit, quod t̄ licet confugiens ad Ecclesiam, invitab̄ ea extrahi non debet à judice seculari vel ecclæstico, non tamen ab eodem ecclæstico judge proflus impunitus dimitto est. Nam quod in d̄o puniri debet, probat text. in c. inter alia, in illis verbis: *Quis ad Ecclesiam confugit, legitimate puniendus sit de eo, quod inique fecit, extra, de immunitat. eccl. & ibi communiter* \* norant Doctores omnes, dicentes, quod male faciunt Prelati, qui confugientes ad Ecclesiam impunitos dimitto, & etiam à pena pecuniaria salvare nituntur; & quod propterea sic faciendo contra iustitiam faciunt, & delinquunt, ut videre est apud Hoffien, ibi, num. 1. post med. col. 2. in prin. versicul. *Prelati vero*, Joan. Andr. n. 5. meod. vers. *Prelati vero*, Ancharam, num. 2. vers. & dicit Hoffien, Abb. num. 13. ad finem, vers. & ex his omnibus, & Cardin. Zabarelli, num. 3. ante finem, vers. & dicit Hoffien, Goffred. in summa, rubris. de immunit. eccl. num. 8. in fin. Holtien, in eadem summa, num. 8. ante finem, vers. Super hoc autem, Sylvestrin. in summa, in verbo *Immunitas*, il terzo, num. 4. vers. Igitur sicut dicit Panormitanus, S. Antonius, in summa, par. 3. tit. 12. c. 3. §. 1. vers. Super eo autem, quod inique fecit, Rosella in verbo *Emunitas*, il secundo, num. 8.

**AMPLIA I.** Licit ad Ecclesiam confugiens, licet inde extrahi non possit, poterit tamen pecuniaria pena puniri, ad text. in c. reum, in fin. 17. quæst. 4. in illis verbis: *Tamen legitimate componat, quod inique fecit;* ponderando verbum *Componere*, in textu positum, quod ad pecuniarium peccatum referri videtur. & ibidem adnotavit gloss. in verbo *Reum*, & in verbo *Vel ad mortem*, in fin. Archidiac. numer. 2. & 3. Bellamer. numer. 1. alius text. in c. si quis contumax. eadem causa, & quæstione, ubi imponitur pena non ingentiorum solidorum, & ibi Archidiac. num. 5. ubi de poena tringinta librarum, Bellamer. colum. 2. ante finem, & Turrecremat. num. 1. in summa, gloss. in c. inter alia, in verbo *Puniendus*, de immunitate Ecclæstiarum, & ibi etiam Innocent. colum. 2. vers. *Puniendus* pecunialiter. Holtiens. num. 1. verbo *Puniendus*, Anton. de Buri. num. 4. Abb. num. 8. Cardin. Zabarelli. numer. 4. vers. Septimo quarto. alia gloss. in c. de raptoribus, in verbo *Vel panarum*, 36. quæst. 1. Angelic. in summa, in verbo *Immunitas*, num. 16. vers. potest tamen pecunialiter damnari, Tabien. in eodem verbo *Immunitas*, num. 9. Armill. in

verbo *Emunitas*, num. 12. vers. Potest tamen pecunialiter puniri, Rosella in verbo *Emunitas*, il secundo, num. 8. versicul. Potest ergo dannari pecunialiter.

**AMPLIA II.** Ut t̄ idem confugiens putiri 331 possit ad damna & interesse passa per eum, in quem deliquit, in d̄o non alia criminalis pena, nisi civilis, ad satisfactionem partis, pro damnis & interesse passis, secundum Archidiac. in cap. reum, num. 1. in fin. & num. 3. 17. quæst. 4. per illum text. ponderando verbum *Componere*, in eodem textu positum, quod aliud non significat, quam pro domino dato, offensa, vel injury recepta, pecunialiter satisfacere, ut ibi per eum, & ibi etiam Bellamer. num. 2. & sic non nisi ad damna & interesse confugiensem ad Ecclesiam teneri, probare videatur text. in c. id constitutus, 17. quæst. 4. ubi ad literam dicitur: *Se dñe alteri consignare, nisi ad Evangelia, datis sacramenti, de morte, & debilitate, & omnibꝫ panarum genere sint securi ita ut ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione convenienter.* Et sic omne peccatum genus ibi excluditur, praterquam conventio, & compagno cum parte dammum passa. & ibi adnotavit gloss. 1. in figurazione casus, in fine, in verbo *Compono*, Archidiac. num. 1. ad med. in eodem verbo *Componi*, Bellamer. num. 4. ad finem, & Turrecrem. numer. 1. ante finem, in eodem verbo *Componi*. Et hanc sententiam, quod non nisi civiliter cum illis ad Ecclesiam confugiens agi possit, communem fateri videatur Abb. in \* cap. inter alia, numer. 8. de immunitat. eccl. faciunt scripta per Mar. Ital. de immunitat. eccl. lib. 1. cap. 6. §. 3. in discussu, ubi voluit, quod confugiens ad Ecclesiam nec etiam pena exiliis puniri possit, sed tantum ad damna & interesse.

Contraire, quod t̄ confugiens ad Ecclesiam, am, qui impunitus dimitti non debet, non solum puniri possit civiliter ad damna & interesse partis offensa, in quam deliquit, sed etiam criminaliter alia pena, dummodo non fuerit corporalis, defendere videatur Abb. in cap. inter alia, numer. 8. de immunitat. eccl. per illum text. in quo dicitur, hos sic confugientes ad Ecclesiam esse legitime puniendos; ponderando verbum *Punire*, quod significat etiam criminaliter, ut ibi per eum, faciunt pro hac opinione Doctores allegati supra, num. 330. dum dicunt, confugiensem ad Ecclesiam posse pecuniaria pena puniri; ergo etiam criminaliter. Sylvestrin. in summa, in verbo *Immunitas*, il terzo, numer. 4. ad finem, vers. Igitur sicut dicit Panormitanus, ubi refert & sequitur Abbatem in loco præallegato, Tabien. in eodem verbo *Immunitas*, num. 13. ante fin. vers. & dum est in Ecclesia, Rosella in verbo *Emunitas*, il secundo, num. 8. versicul. Contra eos ta-

cor-

**AMPLIA III.** Quia t̄ sic ad Ecclesiam confugiens, et si inde extrahi non possit, puniri etiam poterit pena exiliis, secundum Hoffien. in c. inter alia, num. 1. in verbo *Puniendus*, extra, de immunitat. eccl. Sed cum exiliis pena

## De immunitate Eccles. Appendix.

71

corporalis videatur, hoc ideo hunc sic ad Ecclesiam fugientem non posse poena exilii puniri, sed tantum pecuniaria, vel poenitentiali, voluit Franciscus Suarez de statu relig. lib. 3. cap. 12. num. 5. & 6. & Iatius Mar. Ital. de immunitat. eccles. lib. 1. cap. 6. §. 3. sub numer. 1. & sequentib.

**334. AMPLIA IV.** Ut idem confugiens poterit in monasterium detруди ad peragendum poenitentiam, dummodo monasterii locus, seu carcer, in quem detruditur, non esset ita arctus & durus, ut in eo homines paucis diebus possent vivere. Nam tunc per indirectum, non poenitentia, sed mortis poena indicata videtur, secundum Innocent. in c. inter alia, colum. 1. in verbo Ad panam corporalem, Anton. de Burr. num. 11. Abb. num. 11. & 12. vers. Sed circa duo. ubi, quod hoc poenitentia iudicii potest a judice ecclesiastico, confugiens ad Ecclesiam, dummodo invititus non extrahatur ab ea, Card. Zabarell. num. 4. vers. Quinto quoero, Joan. de Anan. num. 11. Ancharen. in elem. 1. num. 2. de penitent. & remiss. & ibi etiam Joan. de Imol. num. 13. & seqq. Cardinal. Zabarell. num. 9. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 27. numer. 3.

**335. LIMITA I.** propositam regulam, ut & licet, qui ad Ecclesiam confugit, proflus impunitus non evadat, evitat tamen poenam corporalem, nedium effusione sanguinis puniri non potest, tex. est in c. inter alia, extra, de immunitat. eccles. dum ibi dicitur: Quod dicit delinquens, qui ad Ecclesiam confugit, legitime puniendus sit, de eo, quod inique fecit, inde tamen damnari non debet ad mortem, vel ad panam, sed Reatores Ecclesiarum sibi obtinere debent membra & vitam. Et hoc erit privilegium confugiens ad Ecclesiam & ibi gloss. in verbo Puniendus, Holtien. num. 1. in verbo Ad panam, Joan. Andr. num. 3. in verbo Panam corporalem, Ancharen. num. 2. Anton. de Butri. num. 5. in fin. & num. 6. Cardini. Zabarell. numer. 4. vers. Quinto quoero, & Joan. de Anan. num. 3. aliis text. in c. reus. 17. quafi. 4. in illis verbis Neg. inde dannare ad panam, vel ad mortem. Et paulo infra in illis aliis verbis: Sed Reatores Ecclesiarum pacem, & vitam, ac membra ejus obtinere studeant, & ibi etiam Archidiac. num. 2. in verbo Nec membrum, Bellamer. num. 1. in fin. vers. Et ibi, & Turrecrem. in summa. & etiā etiam text. in cap. de rastro ib. 36. quafi. 1. in illis verbis: Et raptor mortis, vel panarum impunitate concepsa, & ibi gloss. in verbo Vel panarum, Goffred. in summa. rubr. de immunit. eccles. num. 17. vers. In summa notandum est, Angelic. in summa, in verbo Immunitas, num. 16. verl. Secundum ut non posse, Tabien. in eodem verbo Immunitas, num. 9. & num. 13. verscul. Debet Ecclesia Pastores, Armilla in verbo Emunitas, num. 12. Kofella in verbo Emunitas, il secundo, num. 8. Oldrad. cons. 14. num. 2. vers. Ubi autem fuzit propter maleficium. Dixi hac de re iterum supra in tit. de carceribus & carceratis, quafi. 28. num. 77. quibus addo Cardin. Tusch. pract. conclus. in

verbo Ecclesia, conclus. 10. num. 5. Franc. Leon. in thes. for. ecclesiast. part. 1. cap. 13. rubr. de immunitat. eccles. num. 13. vers. Reos crimines ad Ecclesiam confugientes, Villagut. de extensiōne legum. cap. final num. 5. & num. 8. & seqg. usq. ad num. 14. ubi ponderat plura iura, voluntia, contiguentem ad Ecclesiam non posse corporali poena puniri. & numer. 66. Francisc. Suarez de statu relig. lib. 3. cap. 12. num. 5. & 6. Mar. Ital. de immunit. eccles. lib. 1. cap. 1. §. 1. num. 1. & seqg. in discursu, & Iatius cap. 6. §. 3. nu. 1. & omniib. seqg. ubi etiam ponit, quod modo procedatur a judice ecclesiastico, quando remittit hanc poenam corporalem.

**LIMITA II.** Quia & nec etiam poena car. 336 ceris puniendus est, secundum Innoc. in cap. inter alia, col. 2. vers. Sed nunquam extra, de immunit. eccles. & ibi etiam Holtien. num. 1. in verbo Puniendus. vers. Sed nunquid est in carcere detrudendus, Ancharen. qui tamen loquitur de carcere perpetuo, in elem. 1. n. 8. in fin. de penitent. & remiss. & ibi etiam Card. Zabarell. num. 9.

Contrarium, quod & imo confugiens ad Ec. 337 clefiam, qui pro delicto per eum commisso prorsus impunitus dimitti non debet, possit etiam ad perpetuum carcere condemnari, & emancipari, voluit Bonifac. de Vitalin. in Clementia. 1. numer. 72. de penitentia & remissione.

**LIMITA III.** Quia & si ad Ecclesiam con- 338 fugiens, & qui ab ea extrahiri non potest, licet impunitus dimitti non debeat, poena tamen illi imponet judex secularis, & non ecclesiasticus; quis, uix dixi supra num. 32. magis communis videtur sententia, quod extrachio fugientis ad Ecclesiam prohibita sit nedium iudicii seculari, sed etiam iudicii ecclesiastico; & ideo si judex ecclesiasticus non potest extrahere, ergo nec etiam potest punire poena pecuniaria; & sic haec eadem poena non habebit locum, nisi quando in casibus exceptis secularis judex confugientem recipit praesito iuramento de non puniendo corporaliter. Et, si fallor, probare videtur text. in c. id constitutimus. 37. q. 4. ubi statuitur, reum ad Ecclesiam confugiensem, alteri non configari, nisi ab eo recepto iuramento de non puniendo, nisi ad pecuniariam partem debitam; & sic loquitur in judice seculari, cui reus configuratur. Quia in re vide Abb. in cap. inter alia, num. 8. & 9. de immunitat. eccles. uiformata conclusione, quod confugiens in Ecclesia, etiam dum exiliit in Ecclesia, possit puniri, poena tamen non corporali, queritis, quomodo isto cafo contra confugiensem procedetur & concludat, quod seculares judices ad hanc poenam procedere poterunt, recepta ab eis promissione, & etiam majori cautione de servanda vita, & membris; & hoc si confugiens exire ex Ecclesia voluerit. Si vero nullo modo exire voluerit, timens tyrannidem judicis secularis, & tunc nullo modo invitius extrahiri debet per iudicem, vel per alium, ut ibi per eum, qui hujus dicti rationem affert; sequitur Angelic. in summa, in verbo Immunitas, numer. 16. verl. Ita tamen,

Prosperi Farinacii J. C. Romani

72

<sup>tamen, quod violenter non extrahatur, secundum</sup>  
<sup>\* communem opinionem, Tabien, in co-</sup>  
<sup>dem verbo Immunitas, num. 9. vers. Ita tamen,</sup>  
<sup>Armilla in verbo Emunitas, numer. 12. vers.</sup>  
<sup>Ita tamen, quod non violenter extrahatur,</sup>  
<sup>Roella in verbo Emunitas, il secundo, num. 8.</sup>  
<sup>versus. Si vero nullo modo vult exire. Et si</sup>  
<sup>videtur concludi, quod si confugiens volens ex-</sup>  
<sup>trahatur, secularis iudex puniet; si vero nolit</sup>  
<sup>extrahi, nullus puniet. Et videtur de mente</sup>  
<sup>Goffredi, in summa, in rubr. de immunit. ec-</sup>  
<sup>cles. num. 17. vers. In summa notandum est.</sup>

339 Contrarium, quod † imo non iudex secularis,  
 sed ecclesiasticus sit ille, qui confugiens ad  
 Ecclesiam poenam non corporali punire debeat,  
 suadetur ex traditis per Holtien, in cap. inter  
 alia, num. 1. post med. colum. 2. in princip. vers.  
 Praelati vero extra, de immunit. eccl., ubi  
 reprehendit Praelatos, qui confugiens ad Ec-  
 clesiam proflus impunitos etiam poena pecunia-  
 ria salvare nituntur; duos propterea in hoc de-  
 linquere, & contra justitiam facere affirmat; &  
 sic aperte prasupponit, punitionem confugi-  
 entium ad Ecclesiam, quo ad paenam pecuniari-  
 am, & non corporalem, spectare ad Prelatos,  
 & Hostien, sic dicentes \* communiter sunt fe-  
 quuti in d.c. inter alia, omnes Canonistae per  
 me relati supra, n. 319. Item faciunt tradita  
 per Dd. allegatos supr. n. 338. volentes, posse  
 Episcopum & ejus officiales detrudere in mo-  
 nasterium confugiensem ad Ecclesiam, ad agen-  
 dum penitentiam de delicto per eum commis-  
 so. Et sic punio videatur spectare ad judicem  
 ecclesiasticum, dummodo non imponat poe-  
 nam sanguinis, mortis, aut corporalem. Nec  
 valet argumentum: Iudex ecclesiasticus non po-  
 test extrahere confugiensem ad Ecclesiam, er-  
 go illum non potest punire; quia imo poterit  
 punire etiam ipsum non extrahendo ab Ec-  
 clesia, utputa carcerare, vel in monasterium detru-  
 dere intra septa Ecclesie, vel etiam pecunial-  
 ter multo latere, ut bene consideraverit Bonifac. de  
 Vitalin. in Clem. 1. numer. 71. de paenit. &  
 remiss. ubi licet subdat, posse etiam iudicem  
 secularium condemnare confugiensem ad Eccle-  
 siam, non in paenam mortis, vel mutilationis,  
 sed in paenam carceris perpetui, vel ad tempus,  
 & ad ejus requisitionem posse eundem configi-  
 entem ad requisitionem judicis secularium extra-  
 hi; declarat tamen, reum sic extractum ad mo-  
 nasterium reduci debere, ibidemque per judicem  
 ecclesiasticum requisitum carcerari. Et sic in o-  
 mni casu videatur velle, hanc punitionem etira  
 mortem, & corporalem paenam, spectare ad ju-  
 dicem ecclesiasticum.

340 LIMITA IV. Quia † si is, qui ad Ecclesi-  
 am confugiit, ex privilegio immunitatis corpo-  
 ralem paenam evavit, fuitque tantummodo poe-  
 na pecuniaria, aut alia non corporali multa-  
 tus, non potest de cetero pro eodem delicto  
 criminaliter accusari, seu inquire, secundum Ho-  
 ltiens, in cap. inter alia, num. 1. in verbo Ad  
 paenam, extra, de immunitas. eccl. & Joan.  
 Andr. num. 8. vers. in gloss. pecunialiter, An-  
 char. num. 2. Anton. de Butr. num. 15. Card.

Zabarell. num. 4. vers. septimo quarto, & Joan.  
 de Anan. num. 3. gloss. in cap. Reum, in verbo  
 Vel ad mortem, 17. q. 4. ubi bene hanc fenen-  
 tiā defendit, & ibi etiam Archidiac. num. 3.  
 in fin. & Bellamer. num. 1. in fin. vers. in pri-  
 ma gloss. & num. 2. vers. Sed in corpore decre-  
 torum, Angelic. in verbo Immunitas, num. 16.  
 vers. & adverte, Thabien. in codem verbo Im-  
 unitas, numer. 9. in fin. & num. 13. vers. se-  
 cundo ut amplius de illo delicto dannari non  
 possit, Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 29. num.  
 6. in fin.

A R G U M E N T U M .

Configiens ad Ecclesiam in casibus ex-  
 ceptis, illius immunitate non gau-  
 det. Ad quem, quomodo, & quando,  
 spectet haec cognitio; & de ma-  
 teria.

S U M M A R I U M .

Configiens ad Ecclesiam in casibus exceptis,  
 à constitutione Gregorii XIV. illius immunit-  
 ate non gaudet, n. 341.

Configiens ad Ecclesiam olim in casibus excep-  
 tis, seculari judici non confingebatur, nisi  
 ab eo recepto juramento, & etiam cautione  
 arbitrio judicis ecclesiastici, de non puniendo  
 ipsum corporaliter, num. 342.

Iudex secularis traditum sibi ab ecclesiastico  
 judice in casibus, exceptis, potest sibi tradi-  
 tum corporaliter punire, absq. eo, quod jura-  
 mentum seu cautionem prefat de non puni-  
 endo corporaliter, n. 343.

Judex ecclesiasticus non tenetur consignare ju-  
 dici seculari in casibus non exceptis configi-  
 entem ad Ecclesiam, etiam quod idem secu-  
 laris iudex offerat juramentum, seu cau-  
 tem de non puniendo corporaliter, n. 344.  
 Contra, num. 345.

Papa potest Ecclesie immunitatem extendere,  
 & restringere, prout sibi visum fuerit, se-  
 cundum casum continguum diversitas  
 tem, personarum, & facti qualitates, alijs  
 iustis de causis arbitrio suo, nedum declarare,  
 & interpretari, ita ut etiam in casib[us]  
 non exceptis potuerit mandare configientes  
 ad Ecclesiam quandoq. expelli. & quandoq.  
 etiam extrahi, & Causa seculari tradi, num.  
 346. & seqq. ubi ponitur tenor quarundam  
 literarum, quibus Pontifex statuit delinquen-  
 tes ad Ecclesiam configentes expelli.

Constitutioni Gregorii XIV. super immunitate Ec-  
 clesiarum, derogatum non est per literas  
 Clementis Octavi, & Pauli Quinti, quibus  
 mandat, facinorosos homines ad Ecclesi-  
 am configientes non recipi, & expelli, n. 350.  
 & seqg.

Constitutio Gregorii XIV. super immunitate Ec-  
 clesiarum, fuit in Christiana Republica per-  
 missa,

## De immunitate

*utilis, & necessaria, & non damnoſa, prout aliqui opinati ſunt, n. 352.*

*Confugientes ad Ecclesiā in caſibus exceptis à Constitutione Gregorii XIV. invitus extrahī non polſum, exiā illos caſus etiam enorū, ſeu enorūores, ex identitate vel majoritate rationis, n. 353. & 355. licet alii contra, n. 354.*

*Secularis judecē non potest etiam in caſibus exceptis extrahere invitum ab Ecclesiā ſine Episcopi licentia, n. 356. & ſeqq. licet alii contra, n. 357. & ſeqq.*

*Episcopo negligē, ſeu recuſante in caſibus exceptis conſignare judecē ſeculari eum, qui ad Ecclesiā confugit, quid faciendū, n. 361.*

*Immunitate Ecclesiā ad eam conſiggiens gaudere debeat, nec ne, Episcopus oportet, & non judecē ſeculari, num. 362. & ſeqq. licet alii contra, n. 364.*

*Episcopus donec cognoscit, an is, qui ad Ecclesiā confugit, gaudere debeat illius immunitate, conſiggiensflare debet in Ecclesiā tu- tu, & non tranſiſſi ad carcera ſeculare, num. 366. & ſeqq.*

*Appellari non potest à ſententiis Episcopi de- clarant, conſiggiemt ad Ecclesiā gaude- re debeat vel non debeat immunitate Eccle- ſie, n. 368.*

*Episcopus non debet flare proceſſu judecē ſecu- laris, an ſeſiſſerit crimen commiſſum fit ex- ceptum, vel non exceptum, num. 369.*

*Crimen commiſſum à conſiggiante ad Ecclesiā, quod fit exceptum, conſolare debet non per praſumptiones & conjecturas, ſed plene & concludente, num. 370. Leclara, ut num. 371. & ſeqq.*

*Episcopus in cognitione, an is qui ad Ecclesiā conſiggiit, debeat vel non debeat illius immu- nitate gaudere, quas ſollicitudines fervare tenetur, n. 373. & ſeqq.*

## C A P U T X X I I .

**S 41** REGULA ſit, quod † conſiggiens ad Ecclesiā in caſibus exceptis à Constitutione Gregorii XIV. illius immunitate non gaudet, indequ invitus extrahī potest. Caſus autem in eadem Bulla excepti, ſunt octo: Publici ſeili- cē latrones, viarum graſſatores, depopula- res agrorum, homicida, & muſtilationes mem- brorum in Ecclesiā commiſſitentes, homicide pro- ditoris, afflitti, heretici, rei, leſa Majestatis in perſonam Principi, ſic enim aperie & ad literam legitur in eadem Constitutione, cuius verba clara ſunt.

**A M P L I A** I. hanc regulam, ut † licet olim, qui ad Ecclesiā conſiggiat, ſeculari judeci nunquam conſignabatur in caſibus exceptis, niſi ab eo recepto juramento, & etiam cauſione, ſi judecē ecclesiasticō viſum fuerit, de non puni-

*De Immunit. Eccleſ.*

## Eccleſ. Appendix.

73

endo ipſum corporaliter, prout eſi text. in e- ream, 17. queſt. 4. in illis verbis: *Neg. inde do- nare ad pañam, vel ad mortem; & iſſi in il- lis aliis verbis: Sed Reſtores Eccleſiarum pa- tem, & uitam, ac membra ejus obſtruere ſtade- ant, & ibi præterim Turrecremat, num. 1. vers. in ſecunda, & in verbo Obtinere. Alius text. in e. id conſtituimus, endem cauſa & queſtione, in illis verbis: Sed nec alieri conſignare ad E- vangelia, datis ſacramenſis, de morte, & de- bilitate, & omni penitentia genere ſunt ſecu- ri. Abb. poſt hunc: in e. inter alia, num. 9. de immunitate, eccleſiarum & ibi etiam Card. Za- barelli, num. 6. vers. videlicet quarto, Ta- bien, in ſumma in verbo immunitas, num. 13. verſt. Et poterant, ultimū petenti concedere, Decian. cum allegatis per eum, in ratiō criminis, lib. 6. cap. 29. ſub num. 6. & in confl. 80. num. lib. 3. Alexandr. Ambroſin. de immunit. & li- bertat Eccleſ. cap. 21. num. 5. verſ. ſed conſi- to, & num. 6. cum allegatis per eum.*

Hodie † ramen de conſuetudine contrarium 343 ſervatur; quia quando ſic ad Ecclesiā conſig- giens, & ab ei extractus, in caſibus exceptis judecē ſeculari traditur, potest tunc idem judecē ſibi traditum etiam corporaliter punire, nec tenetur ſervare promiſſionem de non puniendo corporaliter, ſi promiſſionem ſeu cautionem praefliterit. Et amplius judecē eccleſiaſi abque alia receptione promiſſio- nis, ſeu cautionis de non puniendo corporaliter, & abque irregularitatis periculo, à qua ab- ſolvitur in Conſtitutione Gregorii, conſignare debet extractum, ſecundum Boer. qui ita de conſuetudine & ſtylo Franciæ ſervari teſtatur, decif. 109. num. 8. Decian. qui alios refert in trac̄ta criminali, lib. 6. cap. 29. numer. 6. ubi praefliterit, quando de jure exprefſi cauſum est, quod, qui ad Ecclesiā confugit, illius immu- nitate non gaudeat. Bajard, ad Clar. queſt. 50. numer. 25. & 26. cum allegatis per eum. Dixi ſupra in tit. de carceribus, & carceratis queſt. 28. num. 77. Alexan. Ambroſin. qui hec omnia bene explicat in trac̄ta de immunit. & liber- tat. Eccleſ. cap. 11. num. 5. verſicul. ſed conſi- to, & numer. 6.

Hic cadit dubitatio, nunquid † in caſibus 344 non exceptis teneatur ecclesiasticus judecē con- ſignare judecē ſeculari conſiggiemt ad ſuam Ecclesiā, praeflitero per eundem ſecularēm ju- dicem juramento, ſeu cautione, ut ſupra, de non puniendo eum corporaliter? Dic, quod in caſibus non exceptis judecē ecclesiasticus non potest conſignare ullo pačo eum, qui ad Ecclesiā confugit, etiam praeflitero juſramento, & oblata cautione predicta. Sic enim concludere videtur Abb. in cap. inter alia, numer. 9. de immunitate Eccleſiarum, dum dixit, tunc de- cum a judecē ſeculari poſſe conſiggiemt ad Ecclesiā imponi pañam non corporalem, quan- do ipſe conſiggiemt voluerit exire ex Ecclesiā, ſi verò nullo modo velicē de Ecclesiā exire, ti- men forte judecē ſecularis tyranidem, & quod non obſeruabit promiſſa, & tunc nullo modo potest ab Ecclesiā extrahi, nec à ſeculari,

Gg

nec

nec ab ecclesiastico judge. Et sic inferitur, confugiente ad Ecclesiam in causibus non exceptis, non posse extrahi, ab eo etiam recepta promissione seu cautione à seculari judge, de non puniendo confugientem corporaliter. Et hæc opinio hodie servatur ex Constitutione Gregoriana, qua expresse cævetur, quod in causibus exceptis tantum confugiens ad Ecclesiam extrahatur, & seculari judici tradatur absque periculo irregularitatis; & sic non recepta promissione, seu cautione, de corporaliter non puniendo, ut dixi *supra*, *numer. 243.* In causibus autem non exceptis, indistincte prohibet quibusvis personis, quacunque dignitate & auctoritate praeditis, sub penit. & censuris in ea expressis, confugientem ad Ecclesiam extrahi. Et illa est veritas.

**345** Contrarium, quod tamen etiam in causibus non exceptis, iudex ecclesiasticus teneatur seculari judici petenti & instanti, confugientem ad Ecclesiam confignare, recepta ab eo iurata promissione, vel cautione, de non puniendo delinquentem corporaliter, siadri videtur ex text. *in c. diffinivit, in fine, 17. quest. 4.* ubi textus decreto Concilii Toletani, quo prohibetur, confugientes ad Ecclesiam, vel residentes in ea, inde abstrahi, (& sic loqui videtur in causibus non exceptis.) Subdit postea, quod si Ecclesiæ sacerdos seculari judici petenti & instanti confugientem prædicto juramento de imputante non nconsignaverit, & ab Ecclesia non abstraxerit, si delinquens, qui ad Ecclesiam confudit, forte aufergerit, tenetur idem sacerdos ad damnationem. Et sic in hoc canone videtur probari, Ecclesia Rectorem teneri reddere ad eam confugientem, judici illum petenti, præstito juramento prædicto; ut ibi etiam adhortavit glossa, *in verbo Diffinivit, in vers. 5.* vero dato sacramento, Archidiac. *num. 4.* in verbo Sacerdoti, & iterum *infra in ver. sed præcise, & Turrecremat.* *num. 4.* in cod. verbo Sacerdoti. & videtur de mente Goffredi in rubr. de immunitate eccles. *num. 17. vers. in summa notandum est,* Holsten. in *eadem summa, num. 8.* ante fin. vers. alias autem, & magis clare Sylvestrin. in verbo Immunitas, il terzo, *num. 4.* S. Anton. in summa, part. 2. tit. 12. cap. 3. §. 1. vers. Qualiter autem debet defendi, Alex. cons. 145. *nu. 3. vers. etiam si delictum grave, lib. 7.* Villagut. de exten. legum, *cap. fin. num. 8.* & seqq. usq. ad *num. 14.* ubi pluribus nützlich probare, quod quando iudex secularis promittit reum non punire corporaliter, & si opus fuerit, cautionem præstiterit, tunc iudex ecclesiasticus teneatur confugientem ad Ecclesiam illi confignare, non distinguiendo inter causas exceptos, & non exceptos. Francisc. Suarez de flatu relig. *lib. 3. cap. 13.* post *num. 3.* ubi dixit, quod si iudex ecclesiasticus habet à judge seculari securitatem prædictam, potest dare licentiam extrahendi. Nec ab ista opinione dissentire videtur Joan. Azzor. *infis. moral. part. 2. lib. 9. cap. 9. quest. 10.* que omnia hodie non procedunt, stante Constitutione Gregorianæ.

## AMPLIA II. Quia tamen non solum in causibus 346

exceptis iudex ecclesiasticus teneatur confignare judici seculari confugientem ad Ecclesiam, sed etiam in causibus non exceptis, sic Pontifice mandante. Pontifex enim potest Ecclesia immunitatem declarare, prout sibi visum fuerit, secundum casum contingentium diversitatem, perlonarum & facti qualitates, aliquis justis de causa arbitrio suo; in tantum, quod etiam in causibus non exceptis à Bulla Gregorii, potest mandare ex causa predictis confugientes ad Ecclesiam quandoque expelli, & quandoque extrahi, & Curia seculari tradi, secundum Jo. de Vitâ. *in tract. de immunit. eccles. numer. 14. vers. fallit primo, ubi dixit, quod licet ecclesiasticus iudex non possit in causibus à lege non exceptis invitum ad ecclesiam confignare extrahere, potest tamen hoc facere de mandato Pape, per text. quem allegat, in c. uxoris felicis, secundum unum intellectum, 17. quest. 4. & quia etiam Papa est supra jus, & propositus, de concess. præbend. Gig. de crimine maiestatis. rubr. qualiter & à quibus crimen lese maiestatis committatur, questione 10. numer. 4. ubi propterea, quod solet Papa suis Legatis de latere, quos ad Principes mittit, dare facultatem concedendi licentiam extrahendi delinquentes confugientes ad Ecclesiam, ex causa eorum iudicio iustis & probabilitibus. Refert hoc Decian. quem retulit *supra in tit. de carcerebus & carceratis, quest. 28 in fine principiis, in tract. crimin. lib. 6. cap. 27. numer. 4.* Navarr. in manual. confessar. cap. 25. *num. 21. in fin. vers. Neg. is.* quem Papa educi jubet, Cardin. Tusc. pract. conclus. in verbo Ecclesia, conclus. 11. *num. 9.* Alexand. Ambroli. de immunitat. & libertat. eccles. cap. 1. *num. 6.* & de Pontificis potestate in hoc dubitate temerarium est. Et propterea Clemens VIII. in illa Panormitanæ, de qua *supra* mentionem fecimus, in literis in forma brevis expeditis Archiepiscopo Panormitano, non immerito dixit, quod licet homicide illi, de quibus consultus responsum, ecclesiastica immunitate gaudere & frui deberent, nihilominus attentis qualitatibus & circumstantiis patrati homicidii, aliquis rationibus & causis animum suum moventibus, eos Curia seculari tradendos indulxit, ut bene advertit Marc. Anton. Genuen. in pract. Archiepiscopali, *cap. 94. in fin. vers. Brevis.* Et nota iurapradictam declarationem Clementis. Et hinc etiam Sextum V. & Gregorium XIV. super hac materia ejusdem immunitatis statuisse, & statuere potuisse, notum est. Et huic conclusioni, quæ, ut vides, communiter \* re-cepta est, non contradicunt hi, quibus Gregorianæ Constitutione non admodum placet.*

Nec dicatur ex his inferri, *Summum Pontificem ea, quæ divini juris sunt, immutare; eo quia immunitatem, quam Ecclesiæ, ceterisque sacris locis, divino jure competere supra diximus, ab ei utpote inseparabiliter ipsi inherenter removet, sed tantummodo statuit, quinam hujusmodi immunitatis beneficio sele tueri possint, quibusve illud minime suffragetur,* prout

## De immunitate Eccles. Appendix.

prout Reipublicæ bono expedire cognoscit. Et propterea declaratio, non autem divini juris immunitatio dicenda est, quam etiam in Sacramentorum uisu, qua à Christo Domino instituta fuisse, nemo Catholicorum dubitat, agnoscere possumus: quandoquidem Concilium Tridentin. *sej. 25. cap. 1. de matrim.*, irritat matrimonia clandestina, nec tamen hac de causa divinum jus aliqua ex parte immutasse censetur, quia irritatio hujusmodi vel facta est sola personarum contrahentium inhabilitatione, ut quā plurimi Doctores sensere, quo referunt Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 2. disputat. 4. numer. 3. vel etiam annulatione ipsius contractus, quia humana est, ut idem Sanchez ibidem, numer. 5. &c.

Item sacri canones, obligatos ad ratiocinio, *cap. 1. de obliq. ad ratiocin. non ord.* atque infra legitimam atatem confutato, *toto titul. de stat. & qual. illegitimos*, *cap. 1. de fil. presbyter. homicidas. toto titul. de homicidio*, in *Decret. & 6. aliasque irregulare*; ut etiam *toto titul. de corpor. visit.* ad ordinis promoveri vetant, nec ob ius divinum ulla ex parte lēditur. Hoc idem videmus accidere in iurejurando, & in voto, cuius obligationem à divino naturali jure ortam Summus Pontifex relaxat, variata materia, quæ ex bona interdum mala efficitur, majusque bonum impedit, ut optimo docet S. Thom. 2. 2. quæst. 88. artic. 10. ad 2. cujus sententiam fuit dīferente ex plicat Azor. 1. part. *instit. moral. lib. 6.c. 1. §. in hac controversia.*

**347 AMPLIA III.** & illative ex precedenti ampliatio, ut cum Papa possit ecclesiasticam immunitatem, canonicos & constitutions Apostolicas de ea tractantes, non solum declarare, & interpretari, sed etiam ampliare, extender, restringere, & limitare, ut in *precedenti ampliatione* dixi: hoc ideo beneficet Sanctissimus ille Pontifex Clemens VIII. jubendo, prout refert Mar. Ital. *de immunitat. eccles. lib. 1. cap. 5. in initio. num. 10. & in §. num. 1. seq.* per diversas mundi partes, ne facinorosi homines in Ecclesiis detinerentur, sed expellerentur, ut in quibusdam literis per eundem Italianum registratis *in loco preallegato*, quas & hic etiam referre placuit, ut *infra*.

**348** Tenor † autem aliarum literarum scriptarum ad Illustrissimum Nuntium Neapolitanum ab Alexandro Cardinali Florentiae, qui postea in Pontificale Clementis succedit, iussu eiusdem Clementis, talis est: Non piace à Nostro Signore, che le Chiese, né gli altri luoghi Sacri servano d'Asilo, e di ricettacolo à tristi endo me ha fatto comandare de scrivere a V. S. che faccia prohibizione, & intimare per parte di Sua Beatusse ad i Superiori de Monasteri de Regolari de tutti gl' Ordini, co' l mezzo de gl' Ordinari, o come meglio parerà à lei, che per l'avvenire non diano ricetto à sorte alcuna de CONDENNATI, RANDITI, LADRI, & altre genti di male affare; ne à falliti e debitori, sotto pena della privazione d' officio se havera notitia del ricetto, ancor De Immuni. Eusef.

che non siano trovati questi tali ne i Monasteri, & sotto altre penne anco maggiori ad arbitrio della Santità sua. Et vuole in oltre che si sia auvertito per punire quelli ch' hanno ardore di contravene à quell' ordine. Potrà dunque V. S. andar publicando la prohibizione per li luoghi dove ne far à maggior bisogno, e di mano in mano per tutto che non se ne possa pretendere ignoranza. Il Signor l' affista con la sua sancta gratia. Da Roma alli 11. d' Aprile 1602. Di V. S. come fratello affectionatissimo.

Il Cardinal di Firenze.

Tenor † autem aliarum literarum de mandato eiusdem Clementis VIII. scriptarum Vicario Archiepiscopi Bononiensis, à Cardinali Alessandrino, talis est: Se bene la Santità di Nostro Signore vuole che l' immunità ecclesiastica sia conservata illesa in tutti i luoghi, magistri del suo Stato Ecclesiastico; Non dimeno ha moto per male, che li delinquenti, & i debitori fugitiivi siano manterruii da Superiori, & altre persone ecclesiastiche nelle Chiese, Monasteri, Conventi, case, e luoghi loro, in pregiudizio della giustitia, e contro la mente de Sacri Canoni, e della Chiesa Santa. Et havendo perciò inteso Sua Beatusse, che in certa, & altre Città si trovano trattennuti nelle Chiese, Monasteri, Case, & luoghi Ecclesiastici, persone FACINOROSE, e Debitori fugitiivi, senza rispetto alcuno della Corte, e con danno del pubblico: Mi ha ordinato che lo commetta, come so per mezzo della presente à V. S. che debba alla ricevuta, fattosi chiamare à sé tutti li Superiori del Clero secolare, e regolare, e commendare loro, che debbano dentro a quello breve termino che alla prudenza ch' à lei parerà di prescriverli, havere licentiatu, e mandato fuori delle Chiese, Monasteri, Conventi, case, e luoghi loro, qual sivoglia persona retiratavisi per paura, e sofferto della Corte, ordinando a ciascuno, che per l'avvenire debba guardarsi di non mantenere, o trattenerne simili genti in qual si voglia modo, perciò la Santità Sua è risoluta di non volerlo comportare, e di fare dimostrazione contra transgressori con ogni severità. Non manchi per tanto V. S. di eseguire la sancta mente di Sua Beatusse, prevalendo per l' effetto di rimedi opportuni, e di quelle pene che faranno convenienti, all' effectione delle quali vuole che ella possa procedere contro chi contraverrà. E Dio Nostro Signore la prefervi. di Roma 7. di Maggio 1595. Di V. S. come Fratello.

Il Cardinale Alessandrino.

Ex † quibus quidem literis, sicut supra relatis, duo præcipue notanda sunt: Primum, non esse verum, prout opinatus fuit Mar. Ital. in loco preallegato, quod per dictas literas sit generaliter derogatum Constitutioni Gregorii xiv. in calibus ibidem numeratis, nempe quo ad

Gg 2 con-

condemnatos, bannitos, latrones, aliosque facinorosos homines, fallitos, & debitores, praefertim fugitivos, ita quod similes personae ad Ecclesiam confugientes, illius immunitate generaliter gaudere non debeant, sed etiam invitati extrahi, & Curiae seculari tradi; cum veritas sit, quod in dictis literis solum prohibetur illarum personarum receptatio, & manutentio a superioribus Ecclesiasticis, in praedium justitiae, & contra factorum canonum mentem; & propterea eisdem non ab Ecclesia extrahi, & Curiae seculari tradi. Summus ille Pontifices iubet, imo in hoc ecclesiasticam immunitatem ubique illas & conservatas esse, expresse declaravit, sed tantum eos licentiaris, & expelli mandavit, prout sunt expressa carnum literarum verba, nudem mens, si bene ponderentur, & considerentur. Et sic prohibuit facinorosorum hominum assiduum habitationem in Ecclesie in iustitia praedium, & ad scandalum vitanda, eos tamen non extrahi a Curia seculari, sed expelli tantummodo voluit. Et consequenter in hoc, ni fallor, restinxit immunitatem Ecclesie, qua non solum confugientibus ad eam, sed etiam commorantibus in illa suffragabatur, cap. diffinitiv. 17. quæst. 4. Et voluit Genue in practica Archiepiscopali, cap. 22. numer. 2. in fine, ut scilicet suffragetur confugientibus ad Ecclesiam, non autem illis, qui in Ecclesia se retrahunt & commorantur in praedium iustitiae. Et pariter eisdem sic commorantes, & in Ecclesiam se retrahentes, voluit non extrahi, & Curiae seculari tradi, sed ab Ecclesia licentiaris, & expelli. Different enim inter se expellere ab Ecclesia confugientem ad eam, & eundem invitum extrahere, *L. prefecit, in princip. C. de his, qui ad ecclesiastam confugient, in illis verbis, Expelli, non extrahi; & propterea in eisdem locis admittitur expellio, & non extractio.*

<sup>351</sup> Et si alter dicemus, sequeretur correptione ejusdem Constitutionis Gregorii xiv in totum, quod nullo pacto praesumendum est, *i. e. 3. C. de legibus*, ultra quod dictæ literæ sunt locales, & non per viam legis generalis emanatae, & ferme. Et quod hoc sit verum, patet, cum & similiter reperiantur etiam scriptæ a Paulo V. ad eundem Neapolis Nuntium, quibus praecipitur, fere id ipsum, quod ab Italia conscripturn est, respectu locorum regularium; quod unicus est apertum signum, quod literæ Clementis & locales sunt, & non per viam legis emanatae; si enim per viam legis generalis scriptæ suulent, frusta idem Sanctissimus Pontifex Paulus V. per suas literas eidem Nuntio idem repetiſſet, retinēgens tantummodo ad loca per Regulares possella. Nec fact, quod Italia in dict. cap. 5. §. 8. ad suum errorem tegendum dixerit, legem esse, quod Principi placuit, etiam per epistolam, vel etiam in certa & particulari causa, ex allegatis ibi per eum. Procedit enim hæc conclusio, quando Principi placitum etiam in privata causa emanatum, à Principe emanaverit animo legis generalis condenda, non autem, quando placitum est loca-

le, & cum expresa declaratione, quod per illud legi antiquæ non derogetur, prout in casu nostro in literis Vicario Bononien. scriptis, ibi: *Se bene la Santità di N. S. vuole che l'immunità ecclesiastica sia conservata illeja in tutti i luoghi, massime nel suo stato Ecclesiastico. Et in aliis frequentibus verbis: Nondimeno ha molto per male che li delinquenti, & debitori fugiti si siano mantenuti da Superiori & altre persone ecclesiastiche. Ex quibus verbis, ut iterum supra dixi, non perfugium, sed receptatio interdicitur, ponaque in literis Clementis infra, non ad delinquentes, sed ad ecclesiasticos tantum, qui facinorosos hospicio recere conuereront, ita ut Ecclesia ipsa furtorum occultatrix, & delinquentum receptatrix videatur, directa est.*

Secundò, ex <sup>352</sup> literis praedictis patet responſio ad objectionem generalem, quam adversus Gregorianam Bullam faciebant aliqui, dum dicebant, per eam non modicum fieri iustitiae detrimentum, ex quo post illius promulgationem perditæ & celesti homines videntes se cotos in Ecclesiis, nec ex illis a seculari Curia extrahi posse, non vererunt ibidem recepti, quasi in domo propria commorantes, enormia, cerebria, atrociora patrare deliciæ; quod utique non continget, si eadem Gregoriana Bulla non sic immunitati ecclesiastica habenas relaxasset; inde quod flagitiosorum crevisse numerum affirmant. Nam si, ut praefertur, Gregorian Constitutio non tollit, quin Summus Pontifex certioratus de hujusmodi scandalis & inconvenientibus providere valeat, (prout & Clemens VIII. & Sanctissimus D. N. Paulus V. ut *supra* retuli, per suas literas diversis in locis providerunt, ut ab Ecclesiis, & monasteriis, aliisque sacris locis, hujusmodi genus hominum repellatur,) non est quod quis jure conqueri debeat de Gregorio & eis Constitutione, cum quisque ad Simmum Pontificem liberum habeat aditum, & recursum, ab coquæ mandatum de expellendo diuersos facinorosos homines ubique locorum, cum opus fuerit, facile impetrari valeat.

LIMITA I. Propositam regulam, ut <sup>353</sup> caſus excepti ab immunitate ecclesiastica, de quibus in Constitutione Gregorianâ, extendi non possint ad similes casus enormes, ex identitate vel majoritate rationis. Primò, per regulam, quod exceptio aliquorum calium firmat contrarium in non exceptis. Secundò, per dictiōnem taxativam, *Tantum*, in eandem Bulla apposita. Terriò, quia omnia antiqua jura, ciuilia & canonica, privilegia, & coutuetudines, ad unicam tantum formam, de qua in eadem Bulla, reducuntur. Quartò, per clauſulam, *Sabla* &c. & decretum irritans, ante finem dictæ Constitutionis possum. Quintò, & generaliter, quia quando agitur de praedium causæ favorabilis, prout est immunitas Ecclesiastica, extensiō facienda non est, ex identitate rationis. Quibus, & aliis rationibus, hanc conclusionem firmavi in meo confil. 76 numer. 9. & sequentib. & numer. 16. per Falcon. lib. 1. Francic. Suarez de statu religionis, lib. 3 cap. 11. mū-

## De immunitate

- 11 numer. 5.** ubi expresse damnat contrariam opinionem, etiam in terminis iuris communis. & circumscripta Bulla, & numer. 17. versicul. Neque licet extendere exceptionem, Joan. Guttier. practicar. question. lib. 3. cap. 4. numer. 12. & numer. 17. ubi pariter tellatur, Doctores tenere, quod non sit licitum extendere causas exceptas ad similes aut maiores, Anafasius Germanus de Sacrorum immunitatibus lib. 3. cap. 13. numer. 56. versicul. Ibi igitur duntaxat, ubi tellatur, hanc esse communem Canonistarum sententiam. Nec dissentient Alexand. Ambrofin. de immunitate. & libertate ecclesiastice. cap. 1. numer. 13. & sequenti. Francif. Leon. in Theaur. fuit ecclesiastici, cap. 13. rubr. de immunitate ecclesiastica, post numer. 27. faciunt pro hac eadem opinione Doctores allegati supra num. 55. ubi videatur eadem materia.
- 354** Contrarium, quod t' inib ex identitate rationis constitutio etiam penalitatem extendi possit ad alios similes causas, voluit Decian. in tractat. criminal. lib. 6. cap. 28. numer. 20. versicul. Et lices certe tantum causas sunt excepti de jure canonico. Secundo facit, quia si bene considerentur verba Gregorii in proemio sue Constitutionis posita, ejus mens alia non sunt, nisi tollere indulta, & privilegia quaecunque, data contra immunitatem ecclesiasticam; & ideo non extendenda ad alia loca, quibus talia privilegia & indulta concessa non fuerint, prout voluit Joan. Guttier. practicar. question. civil. lib. 3. quaest. 1. numer. 36. & 37. Tertiò facit, quia & imperatores corrigo jure antiqua, multa alia graviora crimina exceperunt, ut in authentic. de mandatis Principum. Quartò facit doctrina Petri, & Cyni, in l. praesenti, C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt voluntium, Ecclesiarum immunitate non gaudere debere, nisi eos, qui stimulo naturali delinquent, fecerit sine naturali stimulo. Quid & idem obser- vavit Moyse in veteri Lege, cum civitates pro alylo ab eo elecitas, non omniibus delinquentiibus, sed illis tantum, qui humana fragilitate, & facilitate, & impetu quodam deliquerunt, suffragari voluerit, ut legitur in Exod. cap. 21. & Num. cap. 35.
- 355** Sed t' his non obstantibus, non recedas à forma limitatione, quæ, ut vides, & prior est, & etiam magis communiter recepta; cui non obstat primò, quod ex identitate rationis penalis constitutio possit etiam extendi ad alios similes causas, ex allegatis per Decian. in loco praallegato. Hac enim conclusio non procedit, ubi agitur de preiudicio causa favorabilis (prout est immunitas.) Alexand. in l. si quo flante numer. 5. versicul. secundo intellige. ff. solut. matrimon. Roman. in authentic. similiter, C. ad leg. Falcid. Petr. Raven. in suo alphabet. aur. in verbo Extensio. Non obstat secundò, quod causa qua motus fuit Gregorius ad faciendum illam constitutionem, originem habuit a privilegiis & indultis concessis in prejudicium ecclesiastice immunitatis. Unde tot abfusus postea induci fuerunt, & non per hoc se- quitur, quin sumpta illa occasione submovendi De Immunit. Ecclesi.
- Eccles. Appendix. 77
- privilegia & indulta praedita, noluerit Pontificis dare futuri scandalis & absurdis normam generalem, & ubique locorum in materia immunitatis fervandam. Et quod dixit Joan. Guttier practicar. question. civil lib. 3. cap. 1. numer. 36. Constitutionem Gregorii non esse exténdendam ad urbes & loca, quibus privilegia & indulta praedita concessa non fuerint, jure non sublinetur, prout dixi supra, numer. 8. versicul. Nec etiam dicatur quæ ibidem per me scripta hic repeterem superfluum est. Non obstat tertio, quod Imperatores exceperint alia graviora & atrociora crimina, de quibus in authentic. de mandatis Principum. Nam ut supra dictum est, in num. 105. & etiam in num. 27. dispositio dicta authentica correcta est per jus canonicum, quod isto cau attendi debet, & non civile. Non obstat quartò doctrina Petri & Cyni in l. praesenti, C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt quia eti reprobata a Doctribus, ut per Alexand. in consil. 145. num 9. versicul. Ad tertium, numer. 7. quem refert & sequitur Cardinal. Tusc. practicar. conclusion in verbo Ecclesia, concil. 11. numer. 37 & 38. Et quod dicitur de Moyse, qui ayslum non concessit, nisi illis, qui naturali tantum impetu & instinctu deliquerunt, & non aliis, tollire ex eo, quod lex Mosaicā in judicialiis, & in his, quæ ex dictamine naturæ non procedunt, mutari potest, quando praefertim mutandi, & alteri disponendi aliquo publice utilitatis causa subest, secundum Bartol. cum quo alii Doctores communiter transiunt, in L. omnes populi, 13. <sup>356</sup> quaest. versicul tertio principaliſter ff. de justitia & jure. notari Doctores in c. final extra de confuetud. & in c. quæ in Ecclesiarum, extra de constitutionibus, legemque Mosiacam a jure civili, nedum a jure canonico reprobato posse, non est novum in jure, etiam inter Judaos. ex allegatis per Marquar. de Judais. part. 2. cap. 4. numer. 1. & 2. & per Cardinal. Tusc. practicar. conclusion. 369. numer. 6. & num. 23. & seqq.
- LIMITA II. Quia etiam in casibus exceptis, & in quibus ad ecclesiam confugiens extrahiri potest, non tamen secularis judex extrahere poterit sine licentia Episcopi; de jure civili videtur hoc probari in authentic. si quis, C. ad leg. Jul. de adulter. in s. final. ubi statuitur, quod si maritus invenerit in Ecclesia hominem sibi de adulterio suspectum cum uxore sua loquentem, debet utrumque defensori ecclesia, aut aliis clericis tradere, ut serventur, donec secularis judex, qui de hoc cognoscere debet, requirat Episcopum, ut illos ipsi tradat, & ibi Salycket. numer. 6. in sexto notabilo, aperte dixit, & probavit, quod si quis adulterium commisit etiam extra ecclesiam, si ad Ecclesiam confugerit, litter ab Ecclesia defendi non debeat, juxta dispositionem s. sed neque, in authentic. de mandatis Principum, non tamen seculari judici licebit manum in ipsum confundentem inflicare, sed Episcopum requirere, ut confugientem sibi tradi faciat. & ad idem allegat text. in d. s. sed neque, in versic. publicorum vero, in illis verbis: Auxiliabantur an-

tem tibi ad hoc etiam Deo amabiles Ecclesiastum defensores & economi. Et licet Alexand. in consil. 145. numer. 10. in fin. dixerit, se non putare, Salycetum in hoc bene loqui, ejus tamen opinio curanda non est, cum nihil respondeat iuribus praeditis, facit text. in l. pateant, in fin. C. de his, qui ad eccles. confugiantur, ubi, licet Imperator extrahit posse statuerit confugientem in ecclesiam cum armis, si monitus arma non deposituerit, adhuc tamen fieri non posse voluit, Episcopo inconsolato. Et reddit bonam rationem, ne licet, si multis passim hoc licet, confusio generetur. Et quidem haec ratio admodum ponderata a iudicibus secularibus, qui praeudent, absque Episcopi licentia eos, qui ad Ecclesiam confugerint, in casibus exceptis propria auctoritate extrahere. Quam enim magna inde inconvenientia & scandalum, nedum confusione, in DEI Optimi Maximi, & Christianae fidei religionis contemptum quandog provenerint, satis omnibus notum est. Nec refert, quod Imperator eo loci requirat etiam una cum Episcopo suam vel suorum iudicium iussionem. Nam quod secularis Princeps, secularisque judex in materia immunitatis nihil statuere possit contra canonicas & Pontificias sanctiones, satis pariter notum est in iure, & suo loco dixi, & ad rem valde conferat docere, quod etiam de jure civili Imperatores voluerunt, confugientem ad Ecclesiam extrahit non posse Episcopo inconsolato. Faciunt pro hac eadem secunda limitatione, quæ dixi supra, numer. 34. & sequentib. ubi probavi, lacum iudicem teneri jurare in manibus iudicis ecclesiastici, antequam sibi consignetur is, qui ad Ecclesiam configit, in casibus exceptis, de non procedendo ad necem extracti; apertum signum, quod sine ecclesiastici iudicis licentia ipse idem secularis judex extrahere non potest. De jure anteriori canonico facit text. in c. frater 17. quaest. 4. ubi statutum, nec potestatis, sed Principibus, licere invitum ad Ecclesia extrahere, capitula sacerdotis absentia; quasi qd. requirat ejusdem sacerdotis & presentem, & consensum. Item facit text. in c. dif. finivit. 17. quaest. 4. ubi in fine conclidi videatur, potenter es, qui ad Ecclesiam configit, non posse propria auctoritate illum extrahere, sed ipso potenti a sacerdote Ecclesie reddendum esse. & ibidem hoc adnotavit Archidiacon. numer. 4. in verbo Reddiderunt. ubi hoc extendet procedere etiam ad publicum latronem, & sic ad casum exceptos, Bellamer. numer. 4. comed. verbo Reddiderunt, & Turrecremat. post numer. 4. in verbo Reddiderunt. Angel. de maleficio, in verbo Quod fama publica, numer. 50. ubi refert & sequitur Salycet. in loco prælegato, Auster. in tractat. Arreli. Parlamenti, part. 2. arreli. 16. sub titul. de forma arresti. Joan. Thierius in tractat. de fuga. numer. 9. Jodoc. in practic. criminal. cap. 106. sub numer. 11. Vulpell. qui ita alias iuravite testatur, dum erat judex, in tractat. de libertate ecclesiastica, part. 1. numer. 20. Anton. Fahr. in suo cod. diffusionis forensi. lib. 1. titul. 4. rubr. de his, qui

ad eccles. confug. Decian. in tractat. criminal. lib. 4. cap. 17. numer. 34. in fin. vers. 1. advertendum tamen, ubi loquens in cau, in quo iudex secularis est judex competens deiici per laicum commissi in Ecclesia, quod non potest tunc ex scipso delinquente capere, sed ecclesiasticus judex capiet, & illum iudici seculari tradit, post Cyn. Abb. Marian. & Barbat. in locis ibi per eum relat. refert & sequitur Petr. Caball. resolution. criminal. tom. 1. centur. 2. cap. 194. numer. 12. Addo pro hac eadem sententia Foller. Jodoc. Bossi. Anton. Gomez. Joan. Thier. Nicol. Moron. in locis per me relativi supra in titul de carceribus & carceratis, quaest. 28. numer. 76. quibus addo etiam Angel. Arein. de maleficio. in verbo Quod fama publica, numer. 50. vers. Quarto quarto. Anafas. Gemon. de sacrorum immunitatibus. lib. 3. cap. 16. numer. 1. ubi magistraliter dixit, indecorum esse, imo & temerarium, & insolens, inconsulto sacerdote ad Ecclesiam confugientes extrahere. & latius numer. 95. & seqq. ubi refert & reprobat contrarium tenentes, Card. Tuic. pract. conclus. in verbo Ecclesia, conclus. 11. n. 47. 48. & 56.

Et pro hac secunda limitatione stringit alia conclusio, quia in alieno territorio nemo jurisdictionem exercere potest, l. extra territorium, ff. de iurisdict. omn. judic. nec in bonus in alieno territorio sitis alter judex sine literis requisitoris exequitionem facere potest, ita nec in personas arguendo de re ad personas, quod argumentum validum est in iure, ut per Eversard. in loco Argumentorum 38. & in propriis terminis immunitatis ecclesie, hoc argumento auctor Azevedo. cum allegatis per eum in Constitutiones Regias Hispania, lib. 1. tit. 2. l. 3. numer. 4. Francise. Suarez. de statu religionis, lib. 3. cap. 13. numer. 10. & 11. Ecclesie autem licet dicantur esse in territorio Principis secularis, cap. 1. vers. etiam ipse Ecclesia, de immunit. ecclesie in 6. non tamen proprie dicuntur de territorio ejusdem secularis Principis, secundum Ang. de maleficio post Cyn. quem allegat in scilicet S. Perroni, n. 2. Alciat. de praef. reg. 3. praef. 33. n. 5. vers. unde pro ista opinione, Aym. cons. 918. num. 6. lib. 5. Chaffian. in confudit. Burgund. rubr. 1. §. 5. num. 117. Card. Tuic. in pract. conclus. in verbo Ecclesia, conclus. 5. n. 10. & seq. ubi reprobat Clar. contrarium tenentem. & num. 13. ubi alios refert concordantes. Et quamvis in hac ratione contrarium sensu videatur Abb. in cap. inter alia, numer. 29. in fin. extra, de immunit. ecclesie. & in c. cum sit generale, de foro competit, dicens; quod Ecclesia non habeat territorium, nisi respetu clericorum, & corum, quæ pertinent ad forum ecclesiasticum, Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 25. num. 7. vers. quin imo, & verbi quod autem, ubi reprobat Alciat. contrarium tenentem, Petr. Caball. resolut. crim. tom. 1. cap. 194. num. 2. ad fin. vers. nec obstat confidior Cyn. post Marini. Roland. & Vulpell. in locis per eum relat. sic tamen à praemissa ratione & conclusione non recedas, de- clara-

De immunitate Eccles. Appendix. 79

clarando tamen, prout declaravit Bald, *in authent.* si quis *in hoc genere*, *sab num. 2. C. de episcop. & cleric.* ubi dixit, quod Ecclesia potest forte dici de territorio superioris laici, quo ad protectionem, non quo ad impugnationem. & Card. Tusc. *pract. conclus.* *in verbo Ecclesias, conclus.* *s. num. 12.* ubi pariter dicit, quod Ecclesia est de territorio Principis secularis, in iis tantum, quae respiciunt ejus favorem, non in alio, ex Castrensi. *in loco per eum relatis.* Non recedas ergo à premisa secunda limitatione.

**357** Quamvis † contrarium, quod in casibus exceptis judex secularis per seipsum extrahat confidencem ad Ecclesiam, videtur de mente Cyn. *in l. presenti, num. 4 in fin. C de his, qui ad eccles. confus.* Ancharan. *in cap. inter alta, num. 4. vers. sed nunguid judex secularis, de immunit. eccles.* ubi reiert & sequitur Cyn. *in loco praetologato, Abb. num. 29.* Et Joan. de Anan. *num. 5.* Boer. *decc. 109. num. 1 in fin. & num. 2.* ubi post Bart. Joan. Fabr. & Auffter. *in locis per eum relatis,* ita servari testatur de confidencie, licet de jure contrarium verius esse assertat, Decian. *in tract. crimin. lib. 6. cap. 29. num. 4.* ubi & alios referit etiam de eadem confidencie testantes, ea praesertim ratione, quia si exceptante effet licentia Episcopi, interim posset delinquens evadere, & sic delictum remaneret impunitum. Et hanc contraria sententiam idem Decian. approbat tribus concurrentibus. Primo, quod clarum sit, & abique dubio, eo casu confidenti Ecclesia immunitatem non competere. Secundo, quod non competet eadem immunitas de jure canonico. Tertio, quod talis extraditio fia cum modestia, sine scandalo, & cum reverentia. Et pro hac contraria observantia addo Guglielm. de Benedict. Guid. Pap. Remigium, Clar. & Covart. *in locis per me relatis supra, in titul. de carceribus & carceratis, quies. 28. numer. 75.* Cum quibus & ego etiam ante Constitutionem promulgatam Gregorii xiv. conensi, cum viderem tot Doctores de servata confidencie testari, Azeved. *in Constitut. Hispan. lib. 1. tit. 2. l. 3. numer. 19.* ubi alii relatis, & hanc amplectus sententiam, quando certum est, eum, qui ad Ecclesiam confusit, non gaudere Ecclesiastarum immunitate, fecus si super hoc penderet ilis inter judicem seculariem & ecclesiasticum; quia tunc secularis judex non extrahit sine licentia judicis ecclesiastici, ut *ibi per eum,* Francisc. Suarez de flat. religionis, *lib. 3. c. 13. n. 1.*

**358** Et quamvis † etiam aliqui dixerint, quod si ad Ecclesiam configiens de iure extra Ecclesiam, judex secularis abique alii licentia extrahit, fecus si deliquerit in Ecclesia, quia tunc Episcopi licentia requirenda est, secundum Cyn. & alios, *ubi supra, allegatos Doctores, Ang. de malefic. in verbo tr. scilicet S. Petronii, num. 2. vers. 6. & adversas, ubi etiam reddit rationem, quia scilicet Ecclesia, in qua quis deliquerit, non dicitur esse in territorio judicis secularis,*

ex Cyn, quem allegat *in authent.* si quis. *C ad leg. Jul. de adulter.*

Dicant enim in hoc † Doctores quicquid velint, hodie omnis controversia sublata est ex Constitutione Gregorii xiv. quam etiam retuli *supra in sit. de carceribus & carceratis, quies. 29. post num. 76.* qua indistincte expresse caveatur, seculares judices non posse sine Episcopi licentia aliquem ex Ecclesia extrahere, etiam in casu excepto, & alias, prout in eadem Constitutione. Quam quidem Constitutione omnino fervandam esse, dubitandum non est, ut hec ne advertit Martin. de Rio *in disputationibus magicis, lib. 5. sed. 7. vers. Cap. fortiorios.* Ubi licet subdat servandum jus communis, ubi Bulla non obligaret; adverte tamen, ne erites, siue ipse, ni fallor, erravit, credens, Bullam ubique non obligare; cum certum sit, ut suo loco dixi, Pontificis constitutionem super Ecclesiastarum immunitate ubique locorum ligare. Et in terminis ejusdem Bullae Gregoriana hoc idem scriperunt Marc. Anton. Genuen. *in pract. Archiepiscopali, c. 22. num. 5.* ubi ampliat, etiam quod notorum sit, delinquentem, qui in Ecclesia le recipit, non debere illius immunitate gaudere, Alexand. Ambrofio. *de immunit. & libert. eccles. t. 11. num. 1.* ubi ampliat at eodem modo. & *cap. 1. numer. 5. in fin. Mar. Ital. de immunit. eccles. lib. 1. cap. 6. in initio, num. 8. & seq.* Et stante hac Gregorii Constitutione, non obstant Doctores de contraria confidencie testantes, quos retuli *supra quies. 28. nu. 75. & seqq. quia, ut suo loco dixi, omnes contraria confidencies sunt sublata per dictam Constitutionem.* Et in specie advertit Alex. Ambrosio. *ubi supra, c. 14. per tot.*

Prout † nec etiam obstat, quod quandoque audivi, ex Gregoriana Constitutione quandoque resulstare absurdum, quod, dum instauratur à Curia seculari pro Episcopi licentia, delinquentes se facile ad fugam preparant. Hoc enim fugae periculum tollitur ex eadem Constitutione, quia statuitur, quod si de fuga dubitatur, qui ad eam configit, abducatur ab Ecclesia, reponaturq; in carceribus ecclesiasticis, futu-  
to & firmo carcere, & opportuna custodia, etiam data, si opus fuerit, per Curiam secu-  
larem.

**AMPLIA III.** Ut † delinquens in Ecclesia puniri debeat à suo judice ecclesiastico, & non à seculari, fuit opinio Cyni *in l. presenti, num. 4. C. de his, qui ad eccles. consig. & de mente Salyc.* *in authent. item nulla communica-  
tio, num. 3. C. de episcop. & cleric.* Anan. *in c. inter alia, num. 5. de immunit. eccles.* Decian. qui alios reiert *in tract. crimin. lib. 6. c. 29. n. 5.*

Contrarium, quod † delinquens in Ecclesia non ab ecclesiastico judice, sed à seculari puniri debeat, probare videtur text. quod Episcopus injuria propria ultiōnem depositat, Salyc. *in l. 2. num. 2. vers. Ego puto verius, C. de his qui ad eccles. consig. & in authent. item nulla*

- nulla communia, num. 4. vers. Quarto laicos, C. de episcop. & clericis. Bart. in l. si eut. s. final. num. 3. vers. quarto delictum aliquod est factum in Ecclesia. ff. de accusat. Ang. in authent. ut licet mari & avie, s. final. num. 24. vers. Et per hunc patet, Bald. in l. si quis in hoc genus, num. 1. vers. Item ei notandum, Abb. in cap. inter alia, num. 29. vers. Sed tu vide Bar. de immunitat. eccles. & in c. final. num. 5. vers. Nota ultimo, extra eod. & in c. cum sit generale, num. 27. vers. Addo etiam alium casum, extra, de foro compet. Bertrand. conf. 9. lib. 7. ubi pluribus hanc sententiam probare conatur, Angel. de malef. in verbo In statu S. Petronii, num. 3. Alex. conf. 3. sub num. 1. post princip. lib. 1. Marfil. in tract. de kannib. in verbo Ecclesia, num. 26. vers. sed si faciebat dubitatum, Vulpeli in tract. de libertate ecclesiastica, part. 1. num. 29. vers. Quod absq. ratione, Menoch. confil. 1000. quod est ultimum, num. 27. vers. ad secundum obiectum, lib. 10. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 17. num. 34. in 4. limitat. & lib. 6. cap. 25. vers. Et ideo delinquens in Ecclesia, & cap. 29. num. 15. Alios retuli in tit. de carceribus & carcere, quæst. 28. num. 62. quibus addo Joan. Guttier. practic. quæst. lib. 3. quæst. 1. num. 23. ubi alii relatis cellulatus de magis \* commun. Doctorum opinione, Azeved. in Confut. Hispan. lib. 1. tit. 2. ad l. 3. post num. 23.
363. Et licet † ex præmissis magis communem Doctorum sententiam esse ad favorem Curiae secularis videatur; adverte tamen, non deciparis, quia si delictum in Ecclesia commissum, est mere ecclesiasticum, vel etiam non ecclesiasticum, à clericis commissum, & tunc nullo pædo à seculari judice puniri posse, indubitatum est, cum contra clericos, vel etiam laicos in criminalibus mere ecclesiasticis, etiam extra Ecclesiam patratis, ut suo loco dictum est, secularis judices nulla pædo se intromittere possunt. Et hæc conclusio sic contradictriorum non habet, ita omnes eam fatentur.
364. Quod si delictum in Ecclesia commissum, non sit ecclesiasticum, sed seculare, & à laicis patratum, & tunc, qui ratione loci, in quo delictum est commissum, fortior naturam mixti fori, cum is, qui in Ecclesia delinquit, negari non possit, quin violando immunitatem Ecclesie sacrilegium commitat, quod mixti fori est, ecclæsico hoc casu & secularem & ecclesiasticum judicem procedere posse, pariter & indubitanter existimo, & consequenter esse locum præventionis; ut scilicet est delinquenter puniri possit, qui in captura prævenit. Si vero delinquens aufergerit, & fuerit absens, & contumax, cum contumax præventionis allegare nequeat, contra eum quicunque judex procedit; secularis scilicet ad poenas corporales, si commissum criminis condigne fuerint; ecclesiasticus autem ad spirituales, & alias, quas imponere possent, peccatas. Colligitur hæc distincio ex Abb. in c. fia. num. 5. & in cap. inter alia, num. 29. vers. ego sic distinguem, extra, de immunit. ec-
- cles. Augustin. ad Angel. de malef. in verbo In statu S. Petronii, vers. & eerte. Afflict. Covar. Marfil. Roland. Alex. & Vulpeli. in locis relatis per Petr. Caball. resol. crimin. d. conf. 194. num. 3. & seqq. & num. 7. & seqq. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 87. num. 1. in addit. litera A. vers. illud autem, & seqg. Joan. Guttier. d. quæst. 1. num. 13. & 14. Azeved. in d. l. 3. num. 23. ante fin. Card. Tofe. pract. conclus. in verbo Ecclesia, conclus. 5. nu. 10. 14. 15. & 17. & 18. & in verbo Immunitas, conclus. 59. num. 6. & seqg. usq. ad num. 18. Francise. Leon in thesaur. fori ecclesiastici, part. 1. c. 13. num. 23. Mar. Ital. de immunit. eccles. lib. 1. c. 5. & 3. num. 52. & 53. apud quos omnes singula præmissæ distinctionis capita bene comparabiles reperies.
- Nunquid † autem ab ecclesiastico judice 365 punitus possit à seculari judice iterum puniri, vel econtra, ultra ea, quæ suo loco dixi in tit. de inquisitione, quæst... vide Abb. Angel. de malef. Covarr. Azeved. Ignat. Lopez. Jo. Guttier. & Petr. Caball. in locis ibi per eum relativis.
- SUBLIMITA † hanc secundam limitatio. 366 nem, ut non habeat locum, quando Episcopus fuerit negligens, seu recusaverit in causis exceptis requisitus à Curia seculari consuientes ad Ecclesiam illi tradere; tunc enim seculares ministri minori quo id fieri poterit, cum scandalo & tumultu, extrahere poterunt. Sic enim in Gregorii xiv. Constitutione statuit in illis verbis: *Nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & dicta persona ecclesiastica requisita, illos in delictu superius expressis culpabilis tradere, aut capture & carcerationi intervenire, & afftere recusaverint: tunc reverentis Ecclesie, & locis sacris debito memor, predictos delinquentes minori, quo id fieri poterit, scandalo & tumultu, extrahere current, & volunt Marc. Anton. Genuen. in tract. Archi-episcop. cap. 22. n.s. vers. Et hoc hodie patet, Mar. Ital. de immunit. eccles. lib. 1. c. 6. §. 2. & 8. & seq.*
- LIMITA III. Quia † an confugiens ad 367 Ecclesiam gaudere debeat immunitate ecclesiastica, nec ne? & sic an delictum ab eo commissum sit de exceptis vel non? cognoscit Episcopus, & non judex secularis. Cum enim materia immunitatis ecclesiastica sit spiritualis, ictus illius causa cognitio non ad temporales, sed ad ecclesiasticos judices spectat, Joan. de Vilch. de immunit. eccles. num. 17. Francise. Marc. decif. 168. num. 5. part. 2. ubi propterea refert decisionem Senatus Delphinalis, quod extraclus ante Episcopi declarationem restitueretur in carceribus Episcopalis, & ibi Addentes in 1. addit. Rebuffi. in 2. tom. confit. tit. de immunit. eccles. gloss. 1. nu. 34. & 35. Addentes ad Guld. Pap. decif. 128. litera E. sub num. 2. Et idem tenet Borgn. Cavalcan. in 1. part. suarum decif. in repertorio, in vers. Judex ecclesiasticus, & non secularis, in prin. & num. 1. & seqq. ubi pluribus hanc probat sen.

## De immunitate Eccles. Appendix.

81

**S**ententiam, concordantes adducit, proponit contraria, & illis responderet idem Borgnini, decisi. *Fevizan.* 21. num. 17. vers. & ita sicut judicatum, Bovadiglia in sua politice, part. 1. lib. 2. cap. 14. num. 98. & cap. 19. ubi attestatur, ita quoque usu obtentum esse in Regno Castellae, Joan. Guttier, praef. quæst. lib. 3. quæst. 1. num. 5. ubi dixit expresse, ad judicem ecclesiasticum spectare cognitionem, an delinquens exilium in Ecclesia, ipsum immunitatem gaudere debet, neque. Et ita in praxi apud eum quotidie servari, testatur Anastas. Germon de sacrorum immunitate, lib. 3. cap. 16. num. 21. vers. Ex quibus arbitror. Ubi relata opinione Petri de Belluga, & Remigii Gonni, afferentium, hanc cognitionem esse mixti fori, & propterea ad utrumque Judicem, secularem scilicet, & ecclesiasticum, spectare, ad diversorum effectus, divisim tamen & separatim, nempe ad ecclesiasticum ad effectum tuendam immunitatis Ecclesie, ad secularem, ad effectum extrahendi delinquentem, & puniendum; ipse tamen verius putat, conjunctionem hanc non nisi ad ecclesiasticum judicem spectare, bene comprobant, proponit contraria, & illis respondet, Azzaved, in *Confit.* Hispan. lib. 1. tit. 2. l. 3. num. 20. ubi pluribus hanc probat sententiam, quam communem, & in Hispania servatam testatur, eum adeas, cum bene loquatur in hac materia, Mastrilli, decisi. 169. num. 18. lib. 2. Mar. Ital. de immunitat. eccles. lib. 1. cap. 5. & 14. num. 7. & cap. 6. in initio, num. 4. & seqq. & num. 8. & seqq. & in s. 1. per tot. ubi, an talis cognitione spectet ad Vicarium Episcopi, quando, & quomodo.

Nec † defunt jura, & civilia, & canonica, hanc tandem limitationem concludentes probant. Nam de jure civili est textus apertus in l. patetane, §. hos vero, C. de his, qui ad eccles. confug. in illis verbis: *Statim eos ut arma depontant autoritate Episcopi, a solis clericis, &c.* Et iterum *infra in vers.* Sed si Ecclesie, in illis verbis: *Jam clementia nostra apud Deum & Episcopum causa purgata, armatis, si in res exegerit, intronis, trahendis se, abfrabendosq; esse cogolant, & omnibus castibus esse subindos.* Et iterum *infra in illis verbis:* *Sed neg. Episcopo inconsolato.* item est text. in l. presenti, C. eod. ubi in principio sic dicitur: *Nec pro his venerabilis Episcopos vel Religiosos Oeconomos exigi.* Et iterum *infra in illis verbis:* *Quod si in finibus ecclesiasticis latitant Religiosi Oeconomos, seu defensor Ecclesie, vel certe quecum his negotiis commodiorem auctoritas Episcopalis elegere.* Et rursus *infra in illis verbis:* *ut sola sufficiente apud aliquem adserantur abscondite, de sua etiam conscientia satisfacere auctoritate venerabilis antiflitis.* Et sic aperte apparet etiam ex legibus imperialibus, hanc cognitionem & auctoritatem Episcopis & Ecclesiasticis datum esse. Sic & de jure canonico adiuncti expresso canones, nempe in c. metuentes 17. 9. 4. ubi Gelasius Papa prescribens Bonifacio Episcopo dicit, cum statim facias ad dominum suum modis omnibus

remgere. Item & text. in c. ad Episcopum, causa & quæst. in illis verbis: *Ad Episcopos ceterosq; direximus iussionem, ut eos, qui ecclesiastis violasse perhibentur, accessu earum judicent esse indigos, quod & idem statuitur in c. ex parte, de verbis. signif. & probat etiam text. in c. fin. de immunit. eccles. Quibus omnibus juribus aperi e colligitur, hanc immunitatis cognitionem & jurisdictionem ad Episcopos spectare.*

Et licet contrarium, quod † talis cognitio, speciat ad judicem laicum saltini de confuetudine, affirmaverit Vulpell. quem retulit *supra in t. de carceris. & carceratis.* quæst. 28. num. 76. vers. Hac autem cognitione, cons. 130. num. 6. loquens, quando reus est laicus, & caput extra ecclesiam in filius scelis, nimis audacter attestans, & quod plus est, ita in Italicō foro moribus receptam esse, & forsan alii nonnulli Doctores ecclesiastici & jurisdictionis & libertatis parum amici. Non tamen illorum auctoritatis quæstus seductus à propria limitatione recedat, tum quia & prior, & iurium, & canonum auctoritate magis suffulta, & magis communiter \* recepta est, tum quia, ut præcipue adverteretur plures ex relatis Doctribus, inducitanter procedit, prout illas admouui in quæst. 28. numer. 76. vers. Hec autem cognitione vigore Bulla Gregorii XIV. cuius verba sunt clara, dum ibi dicitur: *Nec inde extrahi, Curia, seculare prædicti confundari, nec traditi possint, nisi cognitionis prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi vero criminis superius expressa commiserint.* Et ex hac constitutione omnes contrarias confutundines tolli, dubitandum non est, prout suo loco dixi *supra*, num. 9.

Nihil ergo est, quod † quæstus conqueri pos-<sup>159</sup>lit, ex eo, quod Gregorius XIV. statuerit, ad Episcopum spectare cognitionem super immunitate Ecclesie, an ad eam confugiens, illa gaude-re debet, neque, postquam hoc idem statuerunt rura civilia, & canonica, Doctribus; fero omnes unanimiter hoc dixerunt, etiam ante ipsius Constitutionis promulgationem. Nec in hoc attendendi sunt auctores, qui dixerunt, saltum hanc cognitionem esse mixti fori, & spectare etiam ad judicem secularem, prout fuerunt Remig. Gon. & Petr. Bellagut, in locis relatis per Anastas. Germon, in loco *supra allegato.* Si enim canones voluissent hanc cognitionem etiam reservare potestati temporali, utq; di-  
xissent, & referassent, prout magistraliter docet Mar. Ital. de immunit. eccles. lib. 1. cap. 5. §. 14. num. 7. Ultra quod, etiam quod talis cognitionis effet mixti fori, præferendum est iudex ecclesiasticus, ex quo prævenit in captura.

AMPLIA I. hanc † tertiam limitationem, ut interim, donec Episcopus cognoscat, ari, qui ad ecclesiam confugit, sit Curia seculare trahendus, vel non, debet idem confugiens statre in Ecclesia tutus, & non transferri ad carcere seculares, ex allegatis per Decia. in tract. criminis lib. 6. cap. 29. num. 2. ubi hujus conclusio-  
nis duas affer rationes. Primam, quia Ecclesie habet regulam pro se, quod quilibet, cuius-  
cunque

cunque conditionis, ad Ecclesiam confugiens, in ea tutus sit. Secundam, quia cum confugiens sit jam in Ecclesia, dicitur ipsa Ecclesia in ipsis quasi possessione, & ideo in eadem possessione conservanda, donec de veritate questionis apparet, ex Innoc. & Alex. in locis ibi per eum relatis, reprobato Rebuff. in proem. *Constit.* Reg. gloss. s. numer. 40. contrarium in Gallia apud eum de confuetudine servari attestante. Vigore autem Constitutionis Gregorii xiv. statutum est, quod delinquentes laici postquam ab ecclesiis, locisve sacris, in casu, quo Episcopi recuaverimus extrahere, à seculari Curia extracti & capri fuerint, ad carceres Curia ecclesiastica reponantur, & inibi sub tuto & firme carcere, opportunam custodia illis data, etiam si opus fuerit, per Curiam seculararem detineri debeant.

271 Nec huic Constitutione obstat, quod t. primo dicitur, quod si Episcopus semel reculavit abstrahere, verisimile sit, quod id & in futurum negabit, ne seipsum condemnare videatur. Hac enim consequentia non est bona. Recusabit enim Episcopus extractionem, quia tempore, quo pro ei instaur. delictum non erat probatum, quo casu jure extrahendi licentiam denegavit, & tamen ex supervenientibus probatio-nibus poterit & debet extractionem concedere abf; q; eo, quod reprehendi possit, quod primo loco eam denegaverit. Nec obstat secundo, quod carceres ecclesiastici uplorum non sint tuti, & propterea periculum sit, ne in illis conducti, qui ad Ecclesiam confugerint, aufugient. Hoc enim periculum satius à Constitutione tollitur ex eo, quod eadem Constitutio statuit, in dictis carceribus ecclesiasticis adhiberi tertio custodiām secularis Curia. Non obstante tertiā plura inconvenientia, que in carceribus ecclesiasticis quotidie magis occurrent, quam in carceribus secularis Curia, utputa corruptio custodum, cestum fubornatio, potefas alloquendū cum aliis, & sic sociorum criminis certioratio, & his similia. Hac enim utinam in carceribus secularis Curia non magis indies eveniant, quam in Ecclesiasticis, & ego possem etiam de hoc aliquid proverte testari.

372 AMPLIA II. hanc t. eadem tertiam limitationem, in tantum ad Episcopum spectare cognitionem, an confugiens ad Ecclesiam crimen exceptum committere, ut si idem Episcopus cognoverit, verè confugientem exceptum crimen commisisse, tunc quacunque appellatio remota, idem confugiens per ecclesiasticum judicem de mandato Episcopi Curia seculari configetur. Hac sunt fere eadem expressa verba in Constitutione Gregorii xiv. Nec conqueratur quis, prout conquerentes audi, quod appellatio remota Gregorius flatuerit, standum esse judicio Episcoporum, qui aut propter eorum paupertatem pecunia corrupti, vel propter læsam conscientiam timidi, iustum nequeunt ferre judicium. Tum qui quodcumque tractatur articulus juris ecclesie, vel rei ab ea dependentis, cognitio semper spectat ad ecclesiasticum, tanquam ad dignorem, ut in punto cap. si ju-

dex laicus, de sentent. excommunicat. in 6. cum similis. ita communiter tenetur. Horens. Cavalcan. de brach. reg. part. 1. num 96. quem refer & sequitur, innumerous cum: hando, Carol. de Graff. de effect. cleric. effectu 1. num. 1265. cum plurib. seqq. Tum etiam, quia cum Episcopi in locum Apostolorum successerint, evidenter, vers ipse vero, 12. q. 1. quosq; qui recipit, & verba eorum, Deum recipit; qui autem spernit eos, eum, à quo missi sunt, & cuius legatione funguntur, spernit, & ipse indubitanter spernit a Deo, c. in novo, vers. exteri, 21. distinxit. atq; à Christo Domino eos spiritualis vite necisq; in animas sibi creditas accepisse conser, ita ut non solum presbyteros dignitate longe antecellant, sed super omnes gradus constituti, singulari, honore præfulgent, civitati supra montem posita jure optimo comparentur, atque adeo ad hierarchicum Ecclesie ordinem principice pertincent, tanto uberioris gratia præsidia è divina largitatis fonte in eos promanare, quanto graviora ceteris onera subeunt, in spirituali orbis terrarum regimine ad ipsum Deum in officio propriu accedant, eosq; propterea ne latum quidem unguem à justitia tramite, nequé à sacramon canonum norma deviatus verisimile est, quicquid dicant ceteri de judicibus laicis, quos etiam ordini ecclesiastico infensos antiquitus afferuer, c. clericos, de immunitate eccles. in 6. Ego autem, & ecclesiasticos, & secularis ministros integerrimos & incorruptibilis existimo, sed in dubio, ubi præfertim de re ecclesiastica agitur, potius confidendum judicio Episcoporum, quām secularium judicium, omnino existimare. Ultra quod Gregorii Constitutione etiam ad favorem secularis Curia promulgata videtur, cum expresse appellationem proibeat à sententia Episcopi in favorem ejusdem Curia secularis, ut supra dictum est.

Nee fact, quod à sententia Episcopi pronuntiatum, reum non esse extrahendum, judex laicus appelerat ad suos judges. Nam omisis aliis responsonibus, quam juridicum sit ab ecclesiastico, & sic digniori tribunal appellare, & recurrire ad tribunal minus dignum, & sic ad secularē, quando præfertim appellari & recurrī potest ad ecclesiasticum, ad Papam scilicet, vel ad Nuntium Apostolicum, seu etiam Metropolitanum, quisque consideret. Et ultra Bullam in Cœsa Domini, perlegat, quæ dixi in meo conf. 6. lib. 1. cum decisionibus ibidem relatis. Sed latius vide, quæ dixit Rota coram Penia in *Oscor. Canonizatus. Veneris 1. Decembr. 1595. & in Tuden. Beneficii 5. April. 1604.* coram eodem.

AMPLIA III. eadem tertiam limitatio-373 nem, ut in tantum spectet ad Episcopum cognitionem, an ad Ecclesiam confugiens gaudet vel non gaudet illius immunitate, & sic, an crimen, quod commisit, sit exceptum in Constitutione Gregorii xiv. vel non exceptum, ut in hoc non teneatur stare processu judicis secularis, sed ipse novum debet formare processum, sic enim ponderando verba dicta Constitutionis, alias consuili coram Clemente VIII. sei mem. in illa Panormitanā immunitatis ecclesiastice, in conf. 76. num.

De immunitate Eccles. Appendix.

83

*76. num. 1. & seqq. lib. 1.* Quod & idem post me voluerunt Alexandr. Ambroſin de immunit. & libert. eccl. cap. 11. num. 2. vers. ſecundo. & ſufficiat. & num. 3. per rot. & Mar. Ital. de immunit. eccl. lib. 1. cap. 6. §. 1. num. 79. Et amplius tres eruditissimi viri inter mea confilia, confil. 168. num. 21. & seqg. uſq; ad num. 39. lib. 2. pluribus hanc probant conciutionem, proponunt contraria, & contrarium tenentes, & illis respondent; quorum reſpoſtiones & dicta brevitate cauſa hic reperire nolui.

*374* Et iſuper, non † ſolum Epifcopus debet novum formare proceſſum, ſed etiam debet advertere, ut crimen, de quo agitur, illius ſciliet qualitas, que exceptum crimen facit, non per praumptiones, & conjecturas, ſed plene & concludenter probetur, ex pluribus rationibus per me pariter relatis in *conf. 76. num. 3. & seqg. & num. 1. & num. 21.* Alexandr. Ambroſin ubi ſupra, d. cap. 11. num. 4. & Mar. Ital. d. cap. 6. §. 1. numer. 80. & seqg. & conſuluerunt dicti tres illi eruditissimi viri inter mea confilia, lib. 2. d. confil. 168. num. 1. & seqg. uſq; ad nu. 21. ubi pariter pluribus hanc probant ſententiam, proponunt contraria, & illis respondent.

*375* Et in hoc † crederem ab Epifcopo advertem, quod si proceſſus judicis ſecularis fuſſet fabricatus, antequam delinquens ſe in Ecclesi-

am retraheret, apud me non modicam veritatis tiderem faceret. Cum tunc nulla eſter controverſia inter ecclieſticas & ſecularem Curiam. Quod ſi proceſſus fuſſet à ſeculari judge fabri- carus, poſtquam delinquens ad Eccleſiam con fugit, & tunc aut modicam, aut nullam ei da rem fidem. Et ita aliaſ à graviffimis viris de jure reſolendum eſſe audiui.

SUBLIMITA † tandem tertiam limitatio- 376 nem, ut in cognitione cauſa, an ſcilicet ad Eccleſiam con fugiens fit extrahendus, nec ne, Epifcopus debeat fervare juris ſolemitates, utputa citationes, libellum, litis confeſſationem, dilations, & publicationem proceſſus. Vide, que dixerunt eruditissimi viri inter mea confilia, confil. 168. num. 38. & seqg. uſq; ad numer. 68. ubi quo ad citationem concludunt, Eccleſiam, de cuius intereffe agitur, omnino citandum eſſe. An verò ſit citandus reus, qui ad Eccleſiam con fugit, arguant pro & contra, & tandem affirmative concludunt, & respondent contrariis. Quod verò attinet ad exhibitionem libelli, & litis confeſſationem, negative reſpondent. Quo verò ad dilations, dicunt eas eſſe dandas, ſed poſte reſtrinki, pariter & publi- cationea proceſſus fieri debere

affirmant.

\*\*

LAUS DEO SEMPER.



INDEX



# INDEX RERUM, VERBORUM, ET SENTENTIARUM,

Quæ in hac Immunitatis Ecclesiasticæ Appendix conti-  
nentur, locupletissimus.

## A.



DULTERI, & raptore confugientes ad ecclesiam, illius immunitate gaudent de jure canonico, n. 88.  
